tibus uſq; adeo ſimilitudinem effinxiſſe:ſtruxiſſeq; omnes ſimiles:ut neq; Numa iam ipſe dignoſceret.& Pompeius inquit. Mamurii Veturii nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant. Hae de cauſa Numa Pompilio regnante e coelo cecidiſſe fertur ancyle.i.ſcutum breue:quod ideo ſic eſt appellatum:qa ex utroq; latere erat reciſum:ut ſummū:infimūq; eius latus medio pateret. Vnaq; edita uox oium potentiſſimā fore ciuitatem quādiu id in ea manſiſſet.Itaq; facta ſunt eiuſdem generis plura:quib⁹ id miſcerecē. ne internoſci coeleſte poſſet.Probatum opus eſt maxime Veturii:qui præmii loco petiit : ut ſuum nomen inter carmina Salii canerent. ℭMamurius moꝝ fabræ ne an morū:an artis fabræ. ℭExactior: Mamuri⁹ an moꝝ laude.an artis fabrilis ſtudio perfectior. ℭDifficile eſt ulli dicere:qa utrūq; excellit & morib⁹ & arte fabrili. ℭClauſit.eclauit. ℭOp⁹:quia undecim peltas ad coeleſtis illius ſimilitudinē effinxit. Hoc tñ acceptū eſt a Palladio:de quo ſuo loco. ℭCui mamurio. ℭNuma munificus.liberalis & gratus. ℭDixit pete præmia facti:præmia artificii tui. ℭNulla:munera:ſcilicet ſeu præmia. ℭPetes irrita.nihil petes fruſtra. ℭSi mea nota fides:ſi ueridicus ſum:& tu & cæteri fidem meam nouiſtis.

Mamurius ueturi⁹ de prio ei⁹ noīe in ſacris habetur

Iam dederat ſaliis a ſaltu noia dicta
Armaq;:& ad certos uerba canēda mōs
Tū ſic mamuri⁹:merces mihi glia detē
Noiaq; extremo carmīa noſtra ſonēt.
Inde ſacerdotes:operi ꝓmiſſa uetuſto:
Præmia pſoluūt:mamuriūq; uocant:
Nubere ſi q̄ uoles:q̄uis ꝓpabitis ābo:
Differ hñt puæ cōmoda magna morē:
Arma mouēt pugnā:pugna ē aliēa ma-
Cōdita cū fuert apti⁹ omē erit:(ritis.
His ēt cōiunx capitis diſcincta Dialis:
Lucibus impexas debet hēre comas:
ℭTertia nox dimēſa ſuos ubi mouerit
(ortus

ℭIAM Dederat saliis a ſaltu noia: ſalios duodecim iam Marti gradiuo legerat de quibus abūde ſuperius dictum eſt. ℭAd certos uerba canēda modos:carmina cum Pyrrhichii modulo abſoluta nomen Mamurii continebant. Sane Mamurius duabus ſyllabis poſterioribus quæ breues ſunt Pyrrhichium facit:ſimiliter & mamuriū.Eſt autē pyrrhichius quem & Dibrachum uocant pes a pyrrho denomiatus Achillis filio qui primus uictoria potitus huiuſmodi genere metri.laudatus dicitē:q̄uis alii a flamma pyrrhichium dictum uolunt q mobilitate flammarum acies imitetē. Alii aliter. ℭNubere ſi qua uoles:quāuis properabitis ambo differt.Religio fuit nubere ancylibus nōdum conditis in templo Martis ubi ea ſeruari mos fuit ne dum arma moucbantur:quæ pugnæ adhiberi ſolent nubentibus omen diſcordiæ fieret.Idem tempus non neglectum in quibuſdam a maioribus noſtris Cornelius Tacitus monet his uerbis:fuere qui proficiſcenti Otōni moras religionemq; nondum conditorum ancylium afferrent:tunc & uxor flaminis Dialis impexis crinibus eē debet. Vnde apparet non eſſe idoneum tempus nuptiis celebrandis. Eadem flaminica teſte.A.Gel.cum id ad argeos neq; comit caput:neque capillum depectit: quam autor ideo diſcinctam dicit:quia inter multiplices cātus cerimoniaſq; impoſitas flamini. ℭDiali:quas ferme oēs flaminicæ diales obſeruabant.Hæc fuit ut nodum:neq; in apice:neq; in cinctu:neq; alia in parte ullum haberet.Ea quoniam flammeo aſſidue utebatur moris fuit apud romanos ut omnis nubens boni ominis cauſa flāmeo amiciretur:cum flāminicæ diuortium facere non liceret. ℭDiſcincta: uel ſine cinctu penitus hoc tempore:uel certe non ſolum triduo ancylibus nondum conditis:ſed ſemper ut diximus ſine nodo.

ANT. FAN.

Pyrrhichius

Nuptiæ uetātur nondū cōditis ancilib⁹

Dialis uxor

ℭIAM dederat ſalios:item ut inqt Liuius duodecim Marti gradiuo legit:tunicæq; inſigne dedit:& ſuper tunicā æneū pectori tegumē.coeleſtiaq; arma:quæ ancylia appellātē:ferre ac p urbē ire canētes carmia:cū tripudiis.Solēniq; ſaltatu iuſſit hæc ille.Varro quoq; ſalios a ſaltādo dictos oñdit:qd facē i comitiis:i ſacris quot ānis:& ſolent & dñt.Plutar.uero ubi de ipſis peltis agit:hæc aūt inqt:Cuſtodes ac miniſtros cōſtituiſſe dr ſalios ſacerdotes.Salii uero uocādi ſunt nō ut qdā fabulanē a uiro Samothrace: ſeu mantineō Salio noīe:qui ſaltationē:quæ in armis dr edocuerit:ſed ab ipſo potius tripudio ſaltatorio : qd uæhementius:robuſtiuſq; per urbē euntes ſubſaltant.Cū ad mēſem martiū ſacras peltas ſuſcipiāt:induti pūiceis tunicis:æneis balteis latiſq; ſuccincti:æneas capitū galeas portātes paruis gladiis arma pulſantes.Reliquum uero ſaltationis pedum eſt opus.Mouenē enim ſuauiter cōuerſiones ac mutationes in celeri & crebro numero:robuſte & leuiter reddētes ℭIā.Numa.Dederat noia ſaliis dicta a ſaltu.iā delegerat duodecim iuuenes quos a ſaltādo ſalios appellauit. ℭEt inſtituit arma:quæ illi gererēt.& uerba canēda:carmina cātāda ℭAd certos modos:ad quoſdā modulos cōſtitutos.Et Dionyſius inquit. ℭMouenē ad tibiā ex modulo enopiliis motibus.q̄nq; ſimul ac uiciſſim:q̄nq; patria quædā canētes carmina. ℭTum ſic mamurius : hoc Veturius Mamurius in merced̄e petiit:ut in carminib⁹ ſalioꝝ ultimo loco ſuum nomen caneretur:de quo Plutarchus.Mamurio aūt inqt artis ſuæ mercedē fuiſſe ferunt:memoriā quādam per ſalioꝝ carmen : ſimul cum pyrrhichii modulo abſolutū. Tum ſic Mamurius reſpondit Numæ. ℭMerces detur mihi gloria:quaſi date in præmiū æternitatē noīs hoc eſt famā & gloriā. ℭEt noſtra noia ſonent extremo carmīe:reſonēt in ultimo loco carminis:ſic erit pyrrhichii modulus : in fine uelut eſt in multis iambicis : ubi ſedes ultima pyrrhichio datur:uelut in his Feras ancyle:cluſit hoc Mamurius.Geratq; nomē inclytū Mamuri⁹. ℭInde.ex eo. ℭSacerdotes Salii:ſacerdotes Martis ℭPerſoluūt p̄mia ꝓmiſſa:quæ nūa ꝓmiſerat ℭOpi.uetuſto ancylib⁹ uetuſtis a Mamurio fabrefactis.hoc eſt ꝓmiſſa ipſi artifici.qui fabrefecit. ℭEt uocāt mamuriū:repetūt nomē:hoc in fine moduli.Agant & oēs grām Mamurio. ℭNubere.Salioꝝ feſta triduo integro durabāt quo tpe eum malū ſit nubere.qa nuptiæ ab armis auſpicādæ nō ſunt.admonet nubiles expectandū eſſe.uſq; ad ea recōdita arma.Præterea uxor flāinis dialis eo triduo.nec pectere.nec ornare ſe debet. ℭSi

PAV. MAR.

Tūicæ pūiceæ ænei barthei galeæ capitib⁹ gladii parui

Feſta ſaliorū triduo itegro durabant

qua uoles nubere:ſi qua puella eris nuptias cōtractura & uiro tradēda. ℂQ uāuis ambo ꝓbabitis.& tue &iuuentæ:qui uir tuus erit:q̄uis amore ieuenili ꝑperetis. ℂDiffert:tū uelis differre ad aliū diē. ℂParuæ moræ hn̄t magna cōmoda.nā ex parua dilatione magna ſequeť cōmoditas. ℂArma mouent pugnam: hæc eſt oratio cur non debet nubere:quia non fauſtum omen captatur ab armis : nam mouent pugnam. ℂPugna eſt aliena maritis:qui cum concordes eſſe debeant:a diſcordia & pugna penitus abhorrere debent. ℂAptius:cōmodius & fœlicius.Omen erit cum fuerint:cōdita cum ipſa ancilia & alia arma erūt recōdita:tunc meliore auſpicio nubere poteris. ℂHis ēt lucibus:his tribus diebus. ℂConiunx dialis:uxor flaminis dialis:hoc eſt ſacerdotis iouis a dios iuppiter. ℂDiſcincta:debet hēre comas capitis ipexas:dēt & diſcincta eſſe nec crines pectere:nec ſe excolere:ueluti cum ioui ſacrificať.Sunt enim nunc dies Martis. ℂSupſedēdum eſt a cultu:qui in ſacris iouis exigitur.Etenim tantæ erat uenerationis uxor flaminis dialis ut ea extincta flamē ſe ſacerdotio abdicaret:cuius rei rōnem inquirens Plutarchus ita diſſerit.Pr.ꝗl.An qd qui uxorē ducens:poſt amiſit.Eo qui nunq̄ duxit multo eſt infœlicior.Eius.n.qui uxorē duxit: domus integra eſt.Eius aūt qui uxorem in matrimoniū acceptā amiſit:non ſolum impfecta domus eſt:ſed iminuta prorſus ac manca.An eodē tēpore uxor una cum uiro cōſecratť:quēadmodū multa ſunt in ſacris:quæ abſente uxore agi nequeūt.Priore aūt amiſſa alterā ſtat in ſupducere:tum difficile eſt: tum uero iniquū atq̄ impiū. ℂTertia nox:quinto nonas martias:hoc tertia die mēſis noctu coſmico occaſu alter e piſcib⁹ occulitur.Duos enim eſſe ſuperiore libro diximus:& fabulā quoq̄ retulimus : qua ratione cœlo eſſent appoſiti:nunc auſtralis oculiť maturius:quia in inferiore parte cœli eſt. ℂVbi:poſtq̄.Tertia nox de mēſe martio.ſ.Mouerit ſuos ortus:cū orieť:aut cum orta eſt.

Tribus diebus ſaliorū nō licet nubere

Veneratio ē flaminis dialis maxima

ANT. FAN.

Cōditus e geminis piſcibus alter erit:
Nā duo ſunt:auſtris hic ē:aqlonib⁹ ille.
Proximus:a uētis nomē uterq̄ tenet:
ℂCū croceis rorare genis titōia cōiunx
Cœperit:& quintæ tēpora lucis aget:
Siue ē arctophilax:ſiue eſt piger ille boo(tes:
Mergeť:uiſus effugietq̄ tuos:

ℂCONditus e geminis piſcibus alter erit:quinto nonas martias alter piſcium qui auſtrinus dicitur mergitur occaſu chronico. Duo enim piſces ſunt quibus unum zodiaci ſignum tribuitur aquilonius & notius ſiue Auſtrinus: quorum hic ante illum occidere & exoriri cerniť : ut Iginius ſcribit.Vnde Columella Auſtrini occaſum deſinere inquit quarto nonas ſeptembris: Aquilonii uero ſeptimo idus eius menſis.Eſt & alius piſcis ut diximus: quem hoc loco accipere non poſſumus occidens exortu caneri qui Notius quoq̄ dicitur & Auſtrinus : uocaturq̄ a Virgilio Aquoſus:quod aquam quæ ab Aquario funditur ore excipere uideatur ℂQ uintæ tempora lucis erūt. Tertio nonas martias Bootes ſiue Arctophylax occidit:cuius pars(ut diximus ſupra)nunquā fertur in occaſum pars & oriri cernitur & occidere. Hunc poetæ modo pigrum modo tardum uocant:ut Pigri ſarraca Bootæ:& tardum dux ante Bootem : quia uix ſero alto mergitur oceano.Eundem uerno tempore occidere oſtendit Virgilius in Georg.ut Si uero uiciamq̄ ſeres uilemq̄ phaſelum:nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis : haud obſcura cadens mittet tibi ſigna bootes. Huius occaſus quattuor ſignorum zodiaci tempus abſumit.Lege iginium & intelliges occaſum : de quo nunc agitur eſſe matutinum ſiue coſmicum.

Piſcium alter occuliť.v. nonas martias Aqlonius auſtrin⁹

Bootes occidit.iii.nōas martias

Bootes tardus

PAV. MAR.

ℂALTER e piſcibus geminis:ex duobus. ℂErit cōditus:abſconditus.nam occulitur notius ſeu auſtralis. ℂNam duo ſunt ipſi piſces. ℂHic:qui nunc occulitur. ℂEſt proximus auſtris:ſic & auſtralem oſtēdit ℂIlle:alter piſcis. ℂEſt proximus aqlonibus:ipſi ſeptentrionali. ℂVterq̄ piſcis tenet nomia a uēto.Nā a noto notius a borea boreus dicitur:ſiue auſtralis & aquilonaris.Cum croceis.iii. nonas martias : hoc eſt quinta die ipſius menſis occidit arctophylax:de quo diximus ſuperiore libro in fabula Caliſtus non occidat:ſicut ex oriēte in occaſum labētia ſydera:ſed in ipſa uertigine circa polum . undis immergi uidetur: præcipue coſmice.Nā oriente die poeta pigrum uocat.Nam ut Iginius inquit cum Tauro Geminis: Cancro & Libra occidit:ideo ſero occidere diciť:quod magis erectus a pedibus peruēit ad terram.At exoriēs citius quā chelæ uidetur. ℂCum coniunx titonia:autora uxor Titonis:de quo alias dictum . ℂCœperit rorare.rorem effundere ℂGenis croceis:reſpexit ad aeris colorem:cum uideatur mane oriens croceus:ſic & Virg.Titoni coniunx linquens aurora cubile:ſed quia genis dixit:unde lachrymæ fluūt:quia terris ros effunditur.reſpicit fabulam:quam refert in.xiii.met.Cum illa ab ioue peteret corpus Mēnonis filii. quem Achilles interemerat:illud redditum medio aere aduſtum: conuerſumq̄ in aues mēnonias cinitem refert & ex illo lachrymas:hoc eſt ipſum rorem effudiſſe auroram. ℂEt erunt tempora quintæ lucis:erit quint⁹ dies menſis.Siue eſt arctophylax:cuſtos urſæ ut diximus ſuperius. ℂSiue ille piger Bootes:q̄ſi ſiue dicas cuſtodem urſæ αρκτη urſa φιλαξ cuſtos:ſiue bootem rectorem boum:quia plauſtrum regere uideť. Mergetur:mergi uidebitur. ℂEt effugiet uiſus tuos:quia occidet eo modo quo dixi.Hæc omnia quæ ad ortū & occaſum ſyderum pertinent in fine operis Lucidius explicabuntur:ibi omnia repetemus.At nō effugiet occulitur:dixit bootes:ſed non occulitur:imo ſeſe oſtendet uindemitor. Oritur igitur eodem die. hoc eſt iii.no.mar.uindemitor.Sed aliter uidetur ſentire Ply.inquit.n.xi.calen. ſeptembris Cæſare & aſſiriæ ſtellaq̄ uindemitor appellatur.Mane exoriri incipit.Vindemiæ maturitatē promittens.Q uo pacto igiť.iii. nunas mar.oritur:ſi Ply.xi. calen.ſeptembris :& Ply.dicit tunc mane exoriri.Aliter dicere poſſes quod heliace oriatur:& occidente ſole in ſummo cœlo uideri.Eius fabula hæc refertur Ampelos puer thrax:mirū in modum a Baccho amatus eſt:cui bacchus uitem tradidit:de qua collecturus uuas: cum ulmum ubi hærebat aſcendiſſet.Exanimus decidit.Bacchus ſyderibus intulit:& uitem ab eo Ampelon appellauit.

Libre occaſus

artophylax idē bootes dicitur

Ampelos fuit puer trax

¶AT nō effugiet uindemitor:hæc ſtella q̄ græci tryſitira:nr̄i uindemitorem uocant orit̄ chronicæ. viii. idus martias:ut Ply.ſcribit ut Columella.vi.nonas:ut autor hoc loco.iii.nonas.Neq̄.n.hoc tp̄e matutinū eius ortū accipe poſſum⁹ cū eā cōſtet cū uirgīe in ortū ferri.vii.cal.ſeptēbres ut placet Columellæ. Vn̄ & uindemitorē dictū putāt q̄ exoriēs mane:ut inq̄t Ply.uindemiæ maturitatē ꝑmittat ſīm,quē orit̄ cæſari & aſſyriæ:xi.cal.ſeptēbres.Fabulant̄ āt puerū ampelon a Baccho dilectū in iſmaro q̄ mons ē thraciæ trāſla tū e͂e,in cœlū ac uindemitoris nomē accæpiſſe.

ANT. FAN.

¶At n̄ effugiet uidemitor:hoc quoq̄ cām
Vn̄ trahat ſidus:ꝑua docere mora eſt:
Ampelō ītonſū ſatyro nymphaq̄ creatū:
Fert̄ in iſmariis Bacchus amaſſe iugis:
Tradidit huic uitē pēdētē frōdibus ulmi:
Quæ nunc de pueri noie nomen hēt:
Dū legit in ramo pictas temerarius uuas
Decidit:amiſſum liber in aſtra tulit:
¶Sext⁹ ubi e terra cliuoſū ſcādet olipū
Phœbus:& alatis æthera carpet equis:
Quiſq̄s ades:caſtæq̄ colis penetralia ue
Gratare:iliacis thuraq̄ pōe focis (ſtæ:

Quod iō fictū ē:q̄a ampelon græci pāpinū ſeu uitē dicūt: quā q̄dā a Baccho inuētā ferūt:un̄ & labruſcā ampelo ſa griam uocāt & uineas ampelones quo noie uſus eſt Var ro:& Xilampelon aridā uitē.Quare Iuuenalis(ut q̄buſdam placet)Xerampelinas ueſtes dicit uirides tritas ac ſe micōſumptas:q̄les ſunt uitiū frondes lāgueſcētes menſe nouēbri.Et.M.Varro de re ruſtica ampelōes(ut dixius) uineas uocat:ut laureta daphnones.Eſt & ampelos ſami ꝓmontoriū:ut ait Strabo:q̄uis ea inſula uiuo:ut idem in quit inſœlix ſit cum Chius Leſbos aliæq̄ uicinæ uina op tima ferant. ¶De pueri noie:uult uitē a nomīe pueri am pelon appellari. ¶Sext⁹ ubi e terra cliuoſū ſcādet olym pum Phœbus:pridie nonas martias Auguſtus pontifica tum maximum ſuſcepit quem,nunq̄ uiuo Lepido auferre ſuſtinuerat.ut ſcribit Suetonius.Et quia pontifex maxi. erat ſacrarum uirginum cuſtos teſte Plutarcho:quas Ve ſtales appellabant. Idem Auguſtus ſuſcepto pontificatu maxi.commoda earum uirginum auxit:cumq̄ in demor tuæ locum capi aliam oporteret : ambirentque multi ne fi lias in ſortem darent adiurauit ſicuiuſq̄ neptium ſuarum cōpeteret ætas eam ſe oblaturū fuiſſe.Vnde Ouidi⁹ & hic ait.Gratare iliacis thuraq̄ pone focis.Et in.vi. huius opis lib.Nunc bn̄ lucetis ſacræ ſub Cæſare flāmæ ignis in iliacis nūc erit eſtq̄ focis. In eodē pōtifi catu ut alia ꝑtereant̄ q̄ Suet.refert ſupra duo milia fatidicoꝝ libroꝝ cremauit:q̄ nullis uel paꝝ idoneis au torib⁹ uulgo ferebāt̄ ac ſolos retinuit Sibyllinos :eoſq̄ delectu hito quos cōdidit ſub palatini apollis baſi.

Xerapel linæ ue ſtes tritæ

Videmi tor orit̄ tur.ii. nonas martias

Videmi toris fabula

Ampe los xilampe los

¶AT uindemitor:uindemitoris ſtella. ¶Nō effugiet:uiſus.ſ.tuos quēadmodum Bootes:quia nō mergi tur tunc:ſed exurgit. ¶Parua mora eſt exigua retardatio. ¶Docere:unde hoc quoq̄ ſidus:hoc etiā ſicut cætera. ¶Trahat cauſam:Ducat originem. ¶Bacchus fertur:dr̄.Amaſſe. ¶In iugis iſmariis:in iſmaro monte Thraiciæ. ¶Ampelon intonſum.crinitum puerum. ¶Creatū ſatyro & nympha filium ſatyri uni us ex illis:qui bacchum comitantur.Aliqui filium marſiæ dicunt quem ſatyrum poeta inferius uocat. ſed nō cōſtat.Nam Diodorus celibē marſiam fuiſſe tradit:de quo plura inferius diecmus. ¶Tradidit:bacch⁹ Huic ampelo. ¶Vitē pendentē e frondib⁹ ulmi:quæ pēdebat e ulmo cum ulmis adiūgant̄: ut primo lib. diximus. ¶Quæ uitis.Nunc habet nomen de nomine pueri.Nam uitis græce uocatur αμπελος:& αμ πελων uinea.Dum temerarius imprudēs. ¶Legit:colligit. ¶Vuas pictas uarii coloris. ¶In ramo: ī ra moſa ulmo. ¶Decidit ex alto:ſcilicet in humum. ¶Liber Bacchus. ¶Tulit amiſſum: puerū quē iā amile rat:q̄a extinctus erat. ¶In aſtra:in cœlū rettulit:& inter ſydera collocauit. ¶Sextus ubi:ſexta die mēſis: hoc eſt pridie nonas martias,Veſtæ ſacrificat̄:quo die Cæſar Veſtæ ſacerdos & pontifex maxim⁹ creatus eſt.Veꝝ alii hoc in loco dictū de Iulio Cæſare:alii de Auguſto uolunt.In uetuſtiſſimis codicibus ī ordie feſtorū per ſingulos mēſes:illa dies Iulio Cæſari aſſignat̄.At poeta loqui ur̄ de eo qui tunc uiuebat:cum dicat.Quos ſaucta fouet ille manu:ſic eſſet ad Auguſtum referendū. Nam in primo libro dixim⁹ ſcripſit hoc opus uiuente Auguſto:ſed edidit poſt eius exceſſum:quod certe indicat ille locus in primo : licet ipſe recuſet.Nā de Tyb.loquit̄:in eo loco diximus.Ego illud puto:quæ appoſuerat in Augu . laudem nō muta uiſſe:cum emēdauit:ſed addidiſſe multa in laudē tā Tyberii:q̄ Germanici:ſed ut de pōtificatu Iulii Cæſa ris:deinde Augu.aliq̄d dicamus.Defuncto Metello pōtifice maximo cum pontificatū ſtudio: & diſcepta tionibus plenū Iſauricus:& Catullus clariſſimi uiri.& in ſenatu potētiſſimi:peterent aut propterea Cæſar: quin & ipſe cādidatus deſcēderet:ceſſit cæterū pari undiq̄ fauore ac ſtudio apparēte. Catullus quo ampli or erat dignitas:eo magis euētus incertitudinē reformidans miſit:qui grandi pecunia Cæſarē ut ab ea con tētione deſiſteret inducerent quib⁹ ille grandiorē ſe mutuaturū:certatimq̄ enixius petiturum eſſe reſpon dit:inſtante comitioꝝ die:cum mater eum ad fores uſq̄ lachrymis proſequeret̄ : illam complexatus dixiſſe fertur:mater hodie aut pontificem:aut exulem tuum uidebis filium.Euntibus igitur certatim in ſuffragia tribubus.Superior declaratus:non paruum ſenatui:& optimatibus terrorem incuſſit:tanquā ad omne au daciæ genus plebem adacturus:& reliqua hæc ex Plutar.Tranquillus uero inquit. Depoſita ꝓuinciæ ſpe: pontificatū maximū petiit:nō ſine ꝓfuſiſſima largitione:in qua reputans magnitudinē æris alieni. Cū ma ne ad comitia deſcēderet:prædixiſſe matri oſculanti fertur.Domū niſi ſe pontificē non reuerſurum:atq̄ ita potētiſſimos duos cōpetitores:multūq̄ & ætate:& dignitate antecedētes ſupauit:ut plura ipſe in eoꝝ tri bubus ſuffragia:quā uterq̄ in oībus tulerit.hæc de Cæſare.de Auguſto aūt ſic Tranquillus inquit . Poſtq̄ uero pontificatū maximū.quem nunquā uiuo Lepido auferre ſuſtinuerat:mortuo deinde ſuſcepit. Quic quid fatidicoꝝ libroꝝ:græci latiniq̄ generis nullis:uel parum idoneis auctorib⁹ uulgo ferebat̄ ſupra duo

PAV. MAR.

Bacch⁹ donauit uitem ampelo

Ouidi⁹ edidit hoc op⁹ poſt mortem auguſti

Mortuo Metello pōtifice Iſaurie⁹ q̄ catulli petebāt & cæſar qui ſol⁹ obtinu it

Libri ſoli ſibyllini ſunt relicti cæteris ferme cõbuſtiſ

milia cõtracta undiq; cremauit ac ſolos reliquit Sybillinos &c. Vbi poſtq̃ Sextus Phœbus:ſextus ſoli mẽſis:ſic ſextum diem ſignificat. ¶ Scandet:aſcendet. ¶ Aethera:quaſi ex inferiore parte in altum olympũ cliuoſum.cœlũ.cõuexum. ¶ Carpet æthera:carpet iter per æthera. ¶ Equis alatis:uelocibus ideo alatis dixit:& quatuor ſunt ut oñdimus. ¶ Quiſquis ades & colis penetralia:ſacella ſecretiora. ¶ Veſtæ caſtæ:de ueſta oĩa:quæ ad rem faciunt:in.yi.li.dicemus:& aliquid ſuperius attigimus. Gratare pro gratulare uel ipſi ueſtæ:uel tanto pontifici. ¶ Et pone thura focis iliacis:aris ueſtalib⁹:ubi æterni ſunt ignes:ex ilio aducto. ¶ Nam æneas ueſtæ ſacra ex troia in italiam aduexit.Honor pontificalis:ipſa dignitas pontificatus.

AN F. FAN.

Veiouiſ feſtum nonis mar.

Aſylum ubi duo luci.

Põtifex maxim⁹ pſidebat Feſtis ueſtæ & ceteris

¶ QVOS maluit ille mereri:maluit recte factis & uirtute mereri honores q̃ ſumere ¶ Acceſſit:adiectus eſt. Vñ acceſſio eſt adiectio. ¶ Imperii pignora iũcta uides: apparet ex uerbo uides id quod diximus Ouidium hæc ſcripſiſſe uiuente Auguſto : quem uocat pignus imperii quemadmodũ & ignem ueſtæ quod incolumitas urbis ex utroque pendeat.Hinc illud eſt. Veſtaq; mater que Thuſcum tybrim & romana palatia ſeruas. ¶ Qua grauis æneas tutus &c.Grauis hic non refertur ad animum ſed ad corp⁹. ¶ Cognatum caput:Auguſtum qui a troianis originem ducit:nam æneam ferunt ueſtam e troia in latium tranſtuliſſe. ¶ Vocauit autem Auguſtum ſacerdotem quia fuit pontifex maximus:ut hoc loco autor oſtendit. ¶ Quos ſancta fouet illa manu:quia legimus ſupra.Sancta uocant Auguſta patres iure auguſti manus ſanctæ a poeta dicuntur.Hæ fouẽt ignes Veſtæ cum ſacris ueſtæ ac cæteris cõſtet pontificem maximum præſidere. ¶ Lucos ueiouis ante duos.Duo luci ad quos nonis martiis Veioui:ideſt iouí paruo ædes dicata eſt fuerũt ſub rupe tarpeia ubi & aſylum.de quo ait Cornelius tacitus:tum diuerſos Capitolii aditus inuadunt iuxta lucum aſyli. & qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur.Liuius uero locus inquit qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt aſylum aperit.De his lucis dixiſſe martialem exiſtimant illinc Pompeii dona nemuſq; duplex. Fuerunt & multa circa urbem loca diis attributa quæ lucos uocabant: quorũ prouentus in ludos conferebanẽ teſte Plutarcho.

Cæſaris inũeris:quos maluit ille mereri
 Acceſſit titulis pontificalis honor:
Ignibus æternis:æterni numina pſunt:
 Cæſaris imperii pignora iũcta uident:
Dii ueteris troiæ:digniſſima pda ferẽti
 Qua grauis æneas tut⁹ab hoſte fuit:
Ortus ab ænea tangit cognata ſacerdos
 Numina:cognatũ ueſta tuere caput:
quos ſcã fouet ille mãu bñ uiuitis ignes
 Viuite inextincti:flãmaq; duxq; pcor:
¶ Vna nota ẽ marti nõis ſacrata q illis
 Tẽpla putãt lucos ueiouis ante duos:

Veiupiter

Eſt autẽ Veiuppiter ut diximus paruus iupiter ſicut Ouidi⁹ſentit hoc loco cuius ædes fuit teſte.A.Gel.inter arcem & Capitolium.Sed idem uult Veionem eſſe nõ iuuenẽ ſiue paruũ iouem:ſed iouem uim nocendi hñtem:non iuuandi poteſtatem quod ut Diiouem dicimus. Lucetiũq; quoniam nos die ac luce quaſi uita ipſa afficit & iuuat:ita & Veiouem appellauerunt dempta atq; detracta iuuandi poteſtate cum cõſtet deos quoſdã ut proſint celebrari:quoſdam ut obſint placari. Ve enim particula modo intenſionem ſignificat modo minutionẽ. Vnde quædã uocabula:quibus ea præponiẽ ambigua ſunt ac diuerſã ſignificationẽ capiunt:Quare Veſcũ ſalem dicimus ex edẽdi intẽtione & aliter ueſcum cũ edẽdi faſtidio:. quo uocabulo Lucretius pro edaci uſus eſt teſte Feſto:ut nec mare quæ impendent ueſco ſale ſaxa pereſa. Virgilius uero(ut placet Nonio)pro minuti cõciſo:ut Veſcas ſalicũ frõdes Vbi Serui⁹ Veſcũ ĩngt ſignificare ſiccũ ac tenerũ.Alibi uero aliter.Simulachrũ Veiouis habuit aliquãdo ſagittas:quare eũ deũ pleriq; Apollinẽ eſſe dixerũt:cui caprã ĩmolabant:cuius aĩalis effigies erat apud eius ſimulachrũ. Coluerũt & cãpani iouẽ imberbem qui a Virgilio Anxyrus:dr̃:ut quis iuppiter anxyrus aruis præſidet.Et uiridi gaudẽs feronia luco.Aquo nõnulli Anxur Volſcæ gentis oppidum nominatũ putant.Ipſe autẽ Anxyrus dictus eſt q barbã nunq̃ raſiſſet:qſi aneſ xyras:ideſt ſine nouacula ut ait Serui⁹: uel ab anei cai xyro: ideſt rado.

Veſcuȝ

Simulachrũ ueiouis iuppiter iberbis

Anxur⁹ iuppiter Anxur

PAV. MAR.

¶ Acceſſit:addita eſt. ¶ Titulis inũeris cæſaris:multis dignitatib⁹. ¶ Quos illa cæſar. ¶ Maluit:poti⁹ uoluit. ¶ Mereri:ſubintelligẽdũ:quã habuit:iñ uoluit meritis oẽs dignitatis gradus:& titulos aſſequi:nõ ambitione:aut aura populari:ſed ppria uirtute:ſi ad Iulium Cæſarem referret:qa fuit quæſtor edilis.Põtifex totiẽs cõſul & dictator.ſi ad Auguſtũ:quia oẽs magiſtratus aſſequutus:adeptus eſt ad alios quoq; titulos:nam & Aug.cognoĩatus eſt:& pater patriæ. ¶ Numina æterni Cæſaris:qui relat⁹ eſt in deos ĩmortales:nam uterq; eoꝝ relatus eſt in deorum numerum:& qm̃ de Aug.in cœlũ relato in.i.li.diximus de Iulio Cæ.paulo ĩferius dicemus. ¶ Præſunt æternis ignib⁹:ueſtalib⁹ ſacris:quæ p pontificẽ maximũ admiſtrabanẽ nam ignem inextinctũ uirgines ſeruabãt. ¶ Vides pignora imperii iuncta.hoc eſt ueſtales ignes & pontificẽ Cæſarem:quæ ſunt duo imperii pignora.nã quoad ſeruanẽ inextincti ueſtales ignes: & incolumis domus cæſarea ſeruaẽ incolume imperiũ. ¶ Dii ueteres:orat nũc deos troianos pro ſalute cognati põtificis:Nã cum Iulius Cæſar ab Iulio aſcanii filio pgenitus fuerit:uideẽ cognatiõe attingere ueſtã:cui⁹ ſacra e troia aduecta ab ænea patre aſcanii fuerit in italiã.Eſt & alia cognatio:ſiquis altius inſpiciat. Nã ueſta ſaturni fuit:quæ ſtructurã domus inueniſſe dr̃:auctore Diodoro:ſic illa ſoror iouis:& iuppiter Veneris pater a qua emanauit genus Iuleum.Ea omnino cognatio eſt:& Aug. in iuleã domũ adoptatus ea quoq; cognatõe deos attigebat. ¶ Dii troiæ ueteris:antiquæ.O ueſta & dii penates. ¶ Præda digniſſima ferẽti æneæ quos e mediis hoſtib⁹ tanq̃ pdã eripuit. ¶ Qua pda. ¶ Aeneas grauis:onuſtus. ¶ Fuit tut⁹ab hoſte:ab hoſtiũ ĩſidiis:qa ſoſpes euaſit.Sacerdos ort⁹ ab ænea:Cæſar ab iulio nepote æneæ pgẽit⁹& de auguſto potes ĩtelligere Diui iulii ex adoptione filius & gloriabaẽ ipſe quoq; ab ænea gen⁹ducere. ¶ Tãgit

Iuli⁹ cæſar iõ dr̃ cognat⁹ ueſtæ pp iuliũ aſcaniũ filium æneæ filii ueneris

cog.nu.ueſtam & penates:de cognatis.ſupius diximꝰ.¶O ueſta ruere defendas & ſerues.¶Cognatū ca put.Cæſarē aug.¶O ignes ueſtales.¶Bñ uiuitis:inextīcti eſtis:bñ ſub optio põtifice.¶Quos ille.Cæ ſar aug.¶Fouet:q̄ſi quibꝰ fomites ſuggerit.¶Manu ſancta alluſit ad auguſti cognom̄ qm̄ auguſta ſācta dicunẽ:ut oñdimus in primo.¶Viuite ꝓcor inextīcti & flāma:& dux.q̄ſi uiuatis æterni & ignis: & Cæ ſar & nunq̄ extinguamini.¶Vna nota.nonis martiis feſtū ē ueiouis.i.parui iouis. Quo die ſacrata fuerẽ ei tēpla añ lucū aſyli in intermontio:cuius rei myſteriū illud eſt ut Iuppiter paruus:poſteaq̄ adultus eſt cœ lo regnauit:ſic urbs roma parua ab initio:ubi Romulus aperuit aſylum: paulatim coaluit:& ad ſummum imperii culmē aſcēdit:ideo cõſecrauere tēplū parui iouis eo in loco:unde ſumpſit initiū augmenti.¶Vna nota:unus titulus:una in faſtis inſcriptio.nā nota interdū in bonā partē accipiẽ:ut in prio diximꝰ.¶Eſt nonis martiis:ſcilicet.¶Q d illis:nonis.¶Putāt ſacrata:cõſecrata.¶Tēpla ueiouis:parui iouis:ſed de hoc noīe paulópoſt.¶Ante duos lucos:añ lucos aſyli.¶Nā locus erat:ut Liuius de aſylo inq̄t: ſeptꝰ dē ſis ſentibus inter duos lucos:añ hos duos ergo dedicatū fuit.¶Romulus ut:poſtq̄. ¶Circūdedit ſepſit.

Septio die martii.eſt feſtū ueiouis.i. parui iouis

Romulus ut ſaxo lucū circūdedit alto:
Quilibet huc dixit cõfuge tutus eris:
O q̄ de tenui Romanus origine creuit:
Turba uetus q̄ non inuidioſa fuit:
Nec tñ ignaro nouitas tibi noīs obſtet
Diſce:quis iſte deus:cur ue uocẽ ita:
Iuppiter eſt iuuēis:iuuēiles aſpice uultꝰ
Aſpice deīde:manꝰ fulmīa nulla tenet
Fulmia poſt auſos cœlū affectarẽ gigātes
Sūpta ioui:primo tpe inermis erat:
Ignibus oſſa nouis & pelion altior oſſa
Arſit:& in ſolida fixus olympus hūo:
Stat quoq; capra ſiſ:niphæ pauiſſe ferūt
Cretides:infanti lac dedit illa ioui:
Nūc uocor ad nom̄:uegrādia farra colõi
Quæ male creuerūt:ueſcaq; pua uocāt
Vis ea ſi uerbi ē: cur ñ ego ueiouis ædē:
Aedem non magni ſuſpicor eſſe iouis:

¶LVCVM:luci partem quam Romulus aſyli ſtructura complexus eſt.Fuit hic lucus teſte Dionyſio inter Arcem & Capitolium.¶Huc dixit confuge tutus eris:Aſyli locum oſtendit dicti apotis a cai ſylan:ideſt a non auferēdo. Vel (ut aliis placet)apotis a cai ſyro quod eſt traho.inde enim nullus abduci poterat: quod non fuit in omnibus templis ut Seruius docet:ſed in his tantum quibus id erat conſecrationis lege conceſſum. Primi autem aſylum inſtituiſſe dicuntur apud Athenienſes Herculis filii cum eos inſequerentur qui ab Hercule oppreſſi fuerant..Alii non a filiis Herculis ſed a nepotibus id Aſylum:ideſt templum miſericordiæ inſtitutum dicunt:ut Herculeos:ſedem fundaſſe nepotes.Quod Romulus imitatus ipſe quoq; Aſylum condidit:ementituſq; eſt id ſe Apollinis oraculo condidiſſe. Quidam tamen Cadmum primo Aſylum inſtituiſſe ferunt: cum ad Thebas condendas multitudinem deſideraret Placet Aſylum potius deducas ab a cai ſylao quā aliunde.¶Fulmina nulla tenet:quæ barbatum decēt: nõn puerum iouem.¶Cœlum affectare:quoniam gigantes affectu ducti ſunt ad oppugnationem cœli non recta uoluntate.Hinc ipſe alibi affectaſſe ferunt regnum cœleſte gigantes.¶Capra.Amaltheæ capræ effigies.quæ ſuo lacte iouem infantem nutriſſe dicitur. Nymphæ pauiſſe feruntur Cretides:Putantur Meliſſa & Amalthea Meliſſi Regis Cretenſis filia iouem aluiſſe .¶Vegrandia farra coloni:quæ male creuerunt ueſcaque parua uocant. Vult Vegrande compoſitum eſſe a ue particula priuatiua & ſignificare minutum:quod & Feſtus ſcribit:ut Vegrande frumentum.Idem tamen nomen ualde graude interdum ſignificat teſte Nonio:ubi ue particula uim augendi habet:ut nec uitæ uegrandi .datur . Veſeum quoq; paruum ſignificat.Vnde Feſtus Veſcus inquit faſtidioſus:ue enim pro puſillo utebantur.

ANT. FAN.

Aſylum Qui primi aſylum iſtituere

Romulus mitatus eſt aſylum atheneſim

Vegrande.i.nõ grande

¶LVCVM:quercetū in intermontio.¶Alto ſaxo:alii exponūt mœnibꝰ:alii p hypallagē ītelligūt:hoc eſt ſaxū circūdedit luco:ſed ita intelligēdum eſt aperuit lucū ſaxo:hoc eſt rupibus circūdatum:qa hinc ide erant altæ rupes capitolinæ.¶Dixit Romulus.¶Quilibet huc confuge:cõfugias in hoc aſylū.¶Tutꝰ eris:quia nemo te inde abſtrahet:de aſylo egimus in ſecūdo.¶O quā:pro quantū creuit. ¶Romanꝰ populus.¶De tenui origine:de exiguo principio in magnā coaluit ciuitatē.¶Quā:quātū.¶Vetꝰ turba: priſci romani.¶Fuit nõ inuidioſa:qa tā paruus populus:tam exigua ciuitas:ut nullus inuideret .Nam in oſus noīa Gellio teſte in utrāq; poſſunt accipi ſignificationem:ut inuidioſum:& inuidentē dicamus: & cui inuideẽ.¶Tamē ne nouitas noīs:qa ueiouis nouū tibi nomē uideẽ ne hæc nouitas.¶Obſtat-ad intelligēdum feſta.¶Tibi ignaro:qui ignoras noīs rõnē.¶Diſce quis iſte deus:qs deus ſit hoc nomīe appellatꝰ. ¶Cur ue uocẽ ita:uel cur ſit hoc noīe uocatus:& duo ꝓponit quis deus:& cur illud nomē.¶Iuppiter ē: iuuenis:quaſi imago iouis:quæ eſt in eo tēplo iuuenē eum mõſtrat.¶Aſpice uultus iuueniles : quos ī imagine refert.¶Aſpice deinde manus:etiā iuueniles.¶Nulla tenet fulmina:nā cum iuuenis erat:ea nondū acceperat.¶Fulmina ſumpta ioui:quaſi accepit iuppiter fulmina.¶Poſt auſos gigātes affectare cœlū:poſtea q̄ gigantes affectarūt regnū cœleſte:& auſi ſunt oppugnare cõſtructis mõtibus:de quibꝰ in primo diximus.¶Primo tēpore:in adoleſcētia.¶Erat inermis.nā non habebat fulmina.¶Oſſa mons arſit:nouis ignibus:nouis fulminibus.¶Et pelion etiam arſit.¶Altior oſſa:ꝓpterea quod dicearchus altiſſimū euʒ prodit.¶Et olympus eſt fixus in ſolida humo:hoc eſt ita fixus ut iā auelli nõ poſſit:ſed de his latiꝰ dictum eſt a nobis in eo loco primi libri:ſic petiẽ cœlum &c.¶Stat quoq; capra ſimul:extat etiā eum iouis iagine.¶Effigies Amaltheæ capræ quæ ſuo lacte iouē pauit:ut illud indicet aliquando iouem paruum fuiſſe. Capella enim Amaltheæ nymphæ uberibus ſuis aluit īfantē.de qua germanicus cæſar in aratheo carmine

PAV. MAR.

Ve particula aliquādo auget aliq̄n diminuit

Pelion oſſa & olympꝰ

ſic aít illa putaẽ:nutrix eſſe iõuis:ſi uero iuppiter infans:ubera creteæ mulſit fidiſſima capræ.Sydere quæ claro gratũ teſtaẽ alũnum:huius capellæ corio uſum eſſe pro ſcuto iouẽ cõtra Titanas dimicantẽ:Muſe⁹ autor eſt:unde a poetis Aegiocus noiaẽ.Nymphæ eretides:cretenſes.¶Feruntẽ:dicunẽ.¶Pauiſſæ iouẽ: nã Melyſſa & Amalthea Melyſſi regis antiquiſſimi in creta filiæ:qui ut Didimus inqt primus diis ſacrificauit.¶Illa capra.¶Dedit lac ioui:quia aluit iſantẽ:ſed de his plura agemus in ſequẽti libro.¶Nũc uocor. Nunc ipſum nomẽ diffinit quia ueiouis paruus eſt iouis:& a ſimili arguit:quia uegrãdia male hoc eſt nõ grãdia dicunẽ:hæc enim particula ue diminutionẽ facit in cõpoſitis:unde & Põpeius uegrãdẽ inquit ſignificat male grãde:& uecors ueſanus malicordis male ſanus.Alii paruũ ſiue minutũ intelligũt ut uegrãde frumẽtũ &c.¶Nunc uocor ad nomen:ad aperiẽdam nois ſignificationẽ. ¶Coloni:agrorũ cultores: ¶Vocant farra uegrãdia:quæ male creuerunt:quæ nõ habuere ſuum incremẽtũ.ſic parua ſunt.¶Et ueſca uocãt parua:hodie etiã in marſis nřis:lingua uernacula:quæ parua ſunt ueica dicunẽ:ut cũ dicũt maluam eſcam:de ea quam Romæ paruam uocant intelligunt:& Feſtus inquit:Veſcus faſtidioſus. Ve enim pro puſillo utebatur.Lucretius ueſcum dixit edacem:cum ait.Nec mare quæ impẽdent ueſco ſale ſaxa peresa.¶Si ea uis eſt uerbi:ſi ea eſt proprietas uocabuli:ut ueſca parua dicantur:& uegrandia non grãdia. ¶Cur ego non ſuſpicor:puto.¶Aedem ueiouis eſſe ædem non magni iouis:templum parui iouis.

Meliſſa & amaltea nutrices iouis

Ve particula mõ auget mõ minuit

Iamq; ubi ceruleũ uariabũt ſidera cœlũ:
Suſpice gorgonei colla uidebis equi:
Crediẽ hic cæſæ grauida ceruice medu
Sanguine reſperſis ꝓſiluiſſe comis:(ſæ
Huic ſupra nubes:& ſubter ſidera lapſo
Cælũ pro terra:ꝓ pede pẽna fuit.
Iamq; indignãti noua frena recæpat ore.

ANT. FAN.

Pegaſus oriẽ nonis martiis ueſperi

¶IAMq; ubi ceruleum uariabãt ſidera cœlum.Suſpice gorgonei colla uidebis equi.Signa quæ heliace oriuntur in principio noctis uideri nequeunt quippe cum ut nox iniens occaſum oſtendit heliacum ita & deſcendẽns ortum eiuſmodi nobis offert. Senſus ergo eſt:ubi nox ad uenerit ſuſpice ad eius finem uidelicet non noctis initio: quia equi gorgonei collum uidebis in ortum heliacũ ferri.Eſt autem ortus matutinus equi cum Pegaſo nomen ſecundũ Columellam.iiii.nonas Martias ſm Maniliũ Sole xxi.partem piſcium obtinere. Iginus uero idem ſignum ĩquit cum Aquario & altero Piſcium cum quo occidit exoriri.Eius pars antecedit hoc tempore Solem cum Piſcibus orientem.Conſtat aũt pegaſus(ut auctori placet hoc loco)ſtellis.xv.ut Igino.xviii.qui quod in pigin.i.fontem produxerit Pegaſi nomen accepit.Nota eſt fabula.Gorgoneus uero dictus eſt qd ex ſanguine Meduſæ gorgonis eum natũ fabulanẽ:cuius domus gorgones fuerũt inſulæ teſte Plinio bidui nauigatione diſtãtes a cõtinẽti quas quidã gorgades uocant quo penetrauit hãno pœnorũ impator.Sunt enim cõtra Atlantẽ montẽ ad fines Tauritaniæ.Vnde nõnulli alias fuiſſe.Heſperides.alias gorgones recte arbitranẽ.Nã Heſperides habuiſſe hortos dicunẽ ad Lixon Libyæ.Sciẽdum de hui⁹ ſigni ortu.atq; occaſu plerosq; ita diuerſa tradere ut fere uidere nõ ſit unũ cũ altero cõgruentẽ.¶Crediẽ:hic:Bene crediẽ de re fabuloſa tale & illud eſt:illa putaẽ nutrix eſſe iouis: Pegaſum alii e ſanguine Meduſæ natũ uolũt cui Perſeus caput dicit abſtuliſſe:alii Neptuni & Meduſæ filiũ dicũt & alatũ fuiſſe fabulanẽ.¶Coelum:Aer hoc loco: is eſt uolantium ſolũ.¶Noua frena:Quia poetæ finxerũt Pegaſum captũ a Bellerophõte qui poſt domitam Chimerã hoc æquo uſus dicit.unde altius uolans decidit.quo tpe Pegaſus in coelũ trãſlatus eſt.

Gorgone⁹ equ⁹

Heſperides habuiſſe hortos ad lixon lybiæ

PAV. MAR.

¶IAMq; ceruleũ:ueſperi nonarũ oriri inqt pegaſum equum alatũ: quẽ Iginus atatũ adducẽs:& alii complures.¶Neptuni & Meduſæ filium dixere:Sed ut alii ex ipſo Meduſæ ſanguine quã pſeus interemit nat⁹ eſt.Peruolauit in Elicona:ubi ſaxũ ungula feriẽs fontẽ aperuit:qui ex eo hippocrene eſt appellat⁹: ſed hic apud Pyrrhenẽ corynthiũ fontẽ captus:unde Strabo.Fama eſt equũ pegaſum:cum potaret hoc in loco a Bellorophonte deprehẽſum fuiſſe:alatũ inquã caballũ e Meduſæ ceruice:& de gorgonis execto guttere ꝓſilentẽ.Vulgatũ eſt etiã caballinũ fontẽ in Elicone erupiſſe:cum ſubiectã ibi tellurẽ fieret ungula.Hæc ille Bellerophon poſt interfectã Chymerã:cum altius hoc equo uſus euolaret:decidit equus iter ſydera collocatus exiſtimaẽ:qui ut higinus ipſe oñdit.Arcticum circulum ſpectans pedib⁹ æſtiuo orbe niti:extremo ore caput delphini tangere uideẽ.Aquarii manum dextrã ceruici ſuæ cõiugens:hui⁹ in ſtellis corpus apparet uſq; ad umbilicũ:qui occidit cum piſce de duôb⁹ primo:qui ſupra tergũ eius eſt fixus:exoriẽ cũ aquario toto & piſce cum quo occidit:& manu aquarii dextra.Hic hẽt in roſtro ſtellas duas obſcuras:in capite unã:in maxilla unã:in aurib⁹ ſingulas:in ceruicib⁹ quattuor obſcuras:ſed maxime lucet:quæ ꝓxima capiti apparet:in humero claram unam:in pectore:unam in ſcapulo:unam in umbilico nouiſſimam unã:in genibus ſingulas in poplitib⁹ ſingulas.Poeta oriri dicit ueſpi nonarũ martiarũ.Plini⁹ uero pridie id⁹ Auguſti ſed ortũ poetæ accipiamus heliacũ:nã occidẽte ſole:tũ in alto coelo uideẽ:qd apte oñdit:cũ Suſpice dicat qſi ſurſum aſpice.¶Iãq; ubi ſydera uariabũt coelũ uariũ & pictũ oñdẽt in nocte.¶Ceruleũ cœlũ.iqt cũ uideẽ ſimilis color cæli q & maris.¶Suſpice:attollas oculos & cœlũ reſpice ¶Videbis colla eq gorgõei pegaſi nati ex ſanguine Gorgonis hoc eſt Meduſæ a gorgadib⁹ ĩſulis.¶Crediẽ hic:equ⁹.¶Proiluiſſe:ꝓcul ſaliiſſe uel ſaltans exiuiſſe Grauida ceruice meduſæ cæſæ crediẽ ſaltaſſe ex execta:& fœta Meduſæ ceruice:quã pſeus execuit:cũ eã interemit.¶Comis reſperſis ſanguine:tũ cũ reſectũ a ceruice caput ¶Coelum.aer.¶Fuit terra:loco terræ.¶Huic:equo.¶Lapſo:uolãti.Supra nubes & ſubẽ ſydeta:qſi uolãti altius inter ſydera & nubes.& ideo coelũ fuit pro terra:qa p aera uolabat.ac ſi per terrã curſum intẽdiſſet. ¶Penna fuit pro pede:erat alatus:utebaẽ alis pro pedib⁹ ¶Iamq; receperat noua frẽa:iã apd Pyrrhenẽ ſub acrocorynthio deꝓhẽſus fuerat a Bellorophonte:& accepat noua frẽa. ¶Ore indignanti:reluctanti:

Pegaſus equus apud pyrenem in elicone captus fuit

Bellerophontis fabula ex hiſtoria ſumpta

¶ AONias aqſ:Hippocrenē fōtē Boetiæ dcm̄ ab equo ut eius nomē oñdit. De quo ait Perſius.Nec fō te labra plui caballini.Hinc illud eſt :Dicite q̄ fontes aganippides hippocrenes grata meduſæi ſigna teneris equi:Strabo:Vulgatū eſt ēt Caballinū fontē i helicōe erupiſſe cū ſubiectā ibi tellurē feriret ungula ¶ Protin⁹ aſpicies ueniēti nocte coronā:Corōa ariadnes.viii.idus orit̄ cronice:q̄(ut placet Mālio).xv. p⁹ Virginis i ortū dicit cui Oui.aſtipulat̄ hoc loco:Alii tñ(ut Iginus)cū Scorpiōe coronā exoriri dicūt Alii cū Libra ut Columella & Ply.Alii eius partē cū libra:totā uero cū ſcorpiōe exoriri uolunt q̄ occidit mane oriētibus Cācro & Leōe.Cōſtat āt ſtellis nouē.Et

ANT. FAN. Hippocrene et corona oritur .viii. idus martias corona ariadnes

Cum leuis aonias ungula fodit aquas:
Nūc fruit̄ cœlo:qđ pēnis ante petebat
Et nitidus ſtellis quinq; decemq; micat:
¶ Protin⁹ aſpicies ueniēti nocte coronā
Gnoſida:Theſeo crimine facta dea eſt:
Iā bene piuro mutarat coniuge Bacchū
Quæ dedit ingrato fila regenda uiro:
Sorte thori gaudes.qđ flebā ruſtica di(xit
Vtiliter nobis perfidus ille fuit:
Interea liber depexis crinibus indos
Vincit:& eoo diues ab orbe redit
Inter captiuos facie præſtante puellas
Grata nimis baccho filia regis erat:
Flebat amans coniūx:ſpaciataq; littore
Edidit icultis talia uerba comis(curuo

eſt Corōa Vulcāi opus quā Venus cū Liber pr̄ Ariadnē uxorē duceret ei donaſſe dr̄:quāq; ad uxoris inſigne idē deus iter ſydera collocauit.De cuius ſitu legimus in.viii. Meta.Tenues uolat illa p auras: Dūq; uolat gēmæ ſubitos uertunt̄ i ignes cōſiſtūtq; loco:ſpē remanēte coronæ q medius nixiq; genu eſt anguēq; tenētis.Præſtat in hac corōa cæteris fulgore ſtella q̄dā:quæ.viii. idus Octobris occidit cæſari teſte Ply.Hāc & cæteras coronā ꝯſtituētes Cretēſes olim uti ſydus peculiare ſeq̄bātur.Sciēdū Ariadnē a Theſeo raptā atq; i naxo relictā eſſe ut ꝗbuſdā placet.quā Bacchi ſacerdos dicit̄ excepiſſe.Alii memoriæ ꝑdiderūt eā diu apud Theſeū pmāſiſſe & ex eo duos filios ſuſcepiſſe.Alii i Cypro grauidā a Theſeo r̄lictā ferūt ubi excepta a mulierib⁹ cypriis anteq̄ pareret e uita dr̄ exceſſiſſe.Scriptores aūt naxii duos fuiſſe Minoes tradiderūt & totidē Ariadnas priorēq; Baccho nupſiſſe in naxo inſula.Alterā uero a Theſeo deſtitutā in eandē inſulā naufragaſſe.De hac corona nō eodē modo oēs fabulantur. Lege Iginū.¶ Gnoſida : Cretenſis a Gnoſo cretæ oppido ubi fuit Minois regia.Virgilius.Gnoſiaq; ardētis deſcendat ſtella coronæ ¶ Ingrato uiro:Theſeo a quo nōnulli Ariadnē abactā ac derelictā uolūt:de qua incerta ferūtur

Varia ē opinio de corona ariadnes

Lege Plutarchū in Theſeo.Notū eſt beneficio ariadnes theſeum e labyrintho regreſſum eſſe.Oui.alibi cū tibi ne uict⁹ tecto morerer̄ recuruo.Quæ regerēt paſſ⁹ p duce fila dedi. ¶ Sorte tori gaudēs.Læta qđ ei Bacchus pro theſeo cōtigiſſet ac pro mortali deus.¶ Depexos crinibus indos.Oneſicritus autor eſt ut ſcribit Strabo indos cæteris quidē in rebus frugales eſſe circa ornatū uero curioſos.Ad eos ſecundū Megaſthenē(ut idē ait Strabo)nemo extrinſecus cū exercitu pfectus eſt pter Herculē Liberū patrē & macedonas.¶ Filia regis Vnam captiuaꝝ dicit indorum regis filiā quæ Baccho placuiſſe dicitur.

Oneſicritus & ſtrabo de baccho & hercule

¶ CVM ungula pegaſi ¶ Leuis quia alati equi ¶ Fodit aqſ aonias aqſ.gorgon eū ſeu caballinū ſeu pegaſeū fontē in elicōe ab Aonia mōtana regiōe Boetiæ.¶ Nūc ipſe equus.Fruit̄ cœlo qa cœlo locatus eſt. Qđ añ petebat pēnis:in qđ prius euolabat.¶ Et nitidus micat.lucet.¶ Quinq; & decē ſtellis.cū cōſtet quindecim hēre ſtellas.At Higinus inqt decē.& ſeptē.& in numero eaꝝ:quas ipſe cōmemorat.ſunt decē & ſex.nō igit̄ abſurdum eſſet:ſi locus diceret.Sexq; decēq; micat.qa decē & ſex nūero ſunt.¶ Protinus aſpicies octauo idus martias.& octaua die mēſis orit̄ corona de qua dictū eſt. O nimiū effulgēs cœli de parte ſerena.O oculis nimiū grata corona meis.¶ Aſpirato mihi ſiqd tua numia pñt.Hūani æthereo.ſi quid ab axe uides.Dū procul illacæ decus īmortale coronæ.Et quo nūc celari nō licet ire uia. Gnoſiacā liceat tantū obſuare coronā.Sint tua ꝑ latiis ſydera ſyderibus.Nā quotiēs orta fulges nitidiſſima nocte. In radios totiēs lumia tolo tuos Fūdūturq; genis lachryme dū mēte uoluto . Nō nr̄o illacā poſſe fouere ſinu.& reliqua.Coronā hāc ex auro & gēmis a Vulcāo factā uolūt & ueneri datā.q̄ poſtea cū Ariadne baccho nuberet.ei a Venere oblata eſt.Hāc uolunt aliqui theſeū pro lumine uſum in labyrintho.Qui autem Argolica ſcripſere aiunt:coronā hanc a Venere acceptam bacchū ſecum tuliſſe:cum ad reducēdam matrem ab inferis accederet:ſed doctus ire ab Hippolimo promiſſo.quod peteret.Coronam dimiſit in loco qui ab ea στεφανος appellatus eſt:reducens matrem.Coronā inter ſydera collocauit. ¶ Vulgatior tamē fama habet Ariadne a Theſeo derelicte in dia īſula.Baccho poſtea nupta a Venere traditā:Bacchūq; deuictis indis indoꝝ regis filiam præſtantē forma ſecū ducentē:cum quereret̄ Ariadne:Bacchus eam cum corona inter ſydera collocauit.¶ Coronā humero ſiniſtro prope contingeret Arctofilax uidetur:quæ autē Ergo quaſi dextri pedis calce coniungitur.¶ Hæc cācro & leone ex oriēte occidere: cum ſcorpione exoriri perſpicitur habet autē ſtellas nouē in rotūdo diſpoſitas:ſed ex his tres clarius cæteris lucentes.¶ De ortu autem coronæ Plynius cū poeta nō cōcordat.ſic enim inquit ſexto nonas octobris acticæ corona exoritur Mane Aſiæ & Cæſari quinto calendas Eniecus occidit.matutino tertio calēdas Cæſari corona exoriri incipit.¶ Et poſtea ſubdit.viii.idus octobris.Cæſari fulgēs in corona ſtella exorit̄:Idib⁹ corōa tota.¶ Verum alter Heliacus:alter Coſmicus ortus eſt.¶ Protinus ſubſequēter.Veniēti nocte:poſt noctem nonariū ſequenti nocte.¶ Aſpicies coronā gnoſida:cretenſē.Nā Ariadne cretenſis fuit.¶ Gnoſo urbe:fuit regia minois.¶ Eſt facta dea:ipſa Ariadne eſt in cælum relata.¶ Theſeo crimine.perfidia theſei. q eam i dia reliquit.¶ Iam bene mutarat Bacchū periuro coniuge.Iā bene uirum cōmutauerat:nā pro hoie deum

PAV. MAR.

Corona donata baccho a uenere ad reducendam matrem ab īferis fabulāt̄ ariadne dia inſula r̄licta a theſeo fuit

pr o periuro.& perfido fidelẽ acceperat. ℂQ uæ ariadne. ℂQ uæ dedit fila regẽda ulto ingrato:alluſit il
lud Virgilianũ:Ceca regens filo ueſtigia.nam ariadne dederat filũ theſeo:quo ſciret e labyrintho regredi
& in heroidibus. ℂCũ tibi ne uictus tecto morere recutuo. Q uæ regerẽt paſſus ꝑ duce fila dedi.Et pau
lo poſt:Nec tibi quæ reditus monſtrarẽt fila dediſſem:Fila per adductas ſæpe recepta manus.At ille nõ ret
tulit bñficii gratiam. ℂSorte tori.gaudens.iam cum gauderet thalami.ſeu cõiugii fortuna. ℂDixit qd fle
bam ruſtica:quid flere debebã me ab illo relictã. ℂIlle:theſeus fuit nobis pfidus:periurus ꝓditor. ℂVuli

Bacch⁹ in indiã ꝓfectus ad militiam

ter:quaſi ſua perfidia fuit nobis utilitas:quia deo nupſimus. ℂInterea liber:poſtcaquã ariadne baccho nu
pſerat.Ad indicã expeditionẽ Bacchus profectus eſt. ℂCumq; uictor rediret ducens ſecum idoꝝ regis fi
liam:Verens ariadne.ne illius amore a Baccho relinqueretur:Cœpit miſerabiliter queri: nõ ſecus ac fece
rat cum a theſeo relicta eſt.Interea:dũ ſe fœlicẽ tãto cõiuge Ariadne exiſtimabat. ℂLiber:Bacch⁹. ℂVi
cit indos:& hoc quoq; tetigimus in primo libro quia triẽnio totã indiam domuit : perque omnem urbem
exercitũ circũduxit:& plura reliquit trophea ſtatuas que ſuaꝝ expeditionũ teſtes. ℂDepexis crinib⁹ ſicut
eſt eoꝝ mos:pectere:& enutrire comas & barbã. ℂEt redit diues.quaſi cum ingẽti præda ab urbe eoa:ab
oriente. ℂFilia regis:indoꝝ ſcilicet.Præſtãti facie:quæ præſtabat cæteris forma. ℂInẽ puellas captiuas
quæ captiuæ ex india ducebantur. ℂErat nimis grata baccho:mirũ in modũ placebat. ℂAmans cõiunx
Ariadne. ℂFlebat:cum audiſſet illũ illam ducere & gratã eſſe.Spaciata ꝓ littore curuo : cum ſpaciaretur
hoc eſt cum deãbularet per littus ſinuoſum.ut eſt illud in arte.An tu mõ põpeia lætus ſpatiare ſub umbra
ℂEdidit talia uerba ita loquuta eſt. ℂComis incultis.crinibus nõ ornatis:ſed ſolutis.En iterũ fluct⁹:que
rela ariadnes ꝓ adducta eſſet ei pellex a Baccho.Q uerebaẽ primũ de theſeo:nũc ſimilis cauſa data eſt fle
tui profunditur in quæſtus & lachrymas:& undiq; mouet cõmiſerationẽ. ℂO fluctus:o marinæ undæ.

En iterũ fluctus ſimiles audite querelas
Fn ietrũ lachrimas accipe harẽa meas:
Dicebant memini piure: & pfide theſeu
Ille abiit:eadẽ crimina Bacchus habet:
Nũc quoq; nlla uiro clamabo fœmĩa cre
Noie mutato cauſa relata mea ẽ:(dat
Outinã mea ſors quo primũ cæpat:iſſet
Iamq; i præſenti tempore nulla forem:
Q uid me i dẽſertis moriturã liber harẽis
Seruabas:potui d edoluiſſe ſemel:
Bacche leuis:leuiorq; tuis q̃ tpa cingũt
Frõdib⁹:i lachrĩas cognite bacche meas
Auſus es añ oclos adducta pellice nr̃os
Tam bene cõpoſitũ ſolicitare thorũ:
Heu ubi pacta fides? ubi q̃ iurarẽ ſolebas
Me miſã:quotiẽs hæc ego ũba loquor
Theſea culpab as fallacẽq; ipẽ uocabas.
Iudicio peccas turpius ipſe tuo:
Neſciat hoc qſq̃ tacitiſq; dolorib⁹ urar
Ne totiens falli digna fuiſſe puter.

ℂSIMILES audite querelas:Q uales audierant fluctus

ANT. FAN.

cum Ariadne de Theſeo quereretur. ℂNomine mutato
Theſei i bacchum. ℂIn deſertis morituram: liber arenis
ſeruabas:Chii inſulæ:uel naxiarenas dicit ſecundum Se
necam:moriturus autem principium aptitudinẽ hic non
actum ſignificat. ℂPotuit dedoluiſſe ſemel. Potuit ubi
me Theſeus reliquerat morte dolorem depõere. ℂThe
ſea culpabas:Q uia carere debet omni uitio qui in alium
paratus eſt dicere. ℂNeſciat hoc quiſquam: Ne mea cul
pa bis derelicta uel decepta uidear.
ℂENITErum audite ſimiles querelas:quales audiuiſtis

PAV. MAR.

prius:cum a Cæſare eſſem relicta. ℂEn iterum: o arena
accipe meas lachrymas:ſicut tunc acceperas: ℂDicebam
tunc cum me ille præfidus reliquiſſet. ℂMemini:me ſcili
cet.ſic dixiſſe. ℂO Theſeu periure & pfide: appellabam
illum periurum: & fidei uiolatorem. Ille abiit. diſceſſit a
me:nec reuocatus rediit. ℂBachus habet eadem crimi
na fidei.ſ.uiolatæ: quia adducit pellicem. ℂNunc quoq;
clamabo nulla fœmina credat uiro:nunc etiam illud cum
clamore dicam.non eſſe a puellis ahdibendam uiris fidẽ
nam omnes ſunt deceptores. ℂCauſa mea:ob perfidiam
uirilem. ℂEt relata mutato nomie nã quærebar de The
ſeo:nunc de baccho:ita nomen mutatum:de Theſeo. in
bacchum. ℂO utinam remanſiſſem inquit:utinam deſer
ta in littore:nec me Bacchus reperiſſet: nam iam extin
cta nõ hos ſentirem dolores. ℂO utinam mea ſors:mea
fortuna. ℂIſſet quo primum cœperat:perſeueraſſet in te

Cõqueſtio ariadnes relictæ a theſeo i iſula chio

nore incæpto. ℂIamq; in præſenti tempore nulla forẽ.
quia eſſem extincta & muliebris locutio eſt cũ dicat nul
la;ac ſi ſpiritus non ſuperfuiſſet. ℂQ uid me ariadnem ĩ
dia inſula a Theſeo relictam:ex eius epiſtola in heroidibus late cõſtat liberũ illi opẽ tuliſſe:in coniugẽ ac
cepiſſe:& in metamorphoſi & in arte amandi. & in annei trag.refertur:& paulo añ rettulimus Nunc que
ritur ſeruatam a Baccho fuiſſe.nam mortua rurſus eundem minime dolorẽ ſentiret.appellatq; illum leuẽ.
qm̃ adduxerit pellicem:uiolaritq; fidẽ:quod turpius eſt qđ qui Theſeum damnabat eiuſdẽ criminis poſſit
accuſari.O liber:Bacche: ℂQ uid ſeruabas me moriturã.cũ iam moritura eſſem:cur opem attuliſti. ℂIn
arenis deſertis:ĩcultis:cum eſſem in deſerto littore. ℂPotui ſemel carere morte ſcilicet. ℂHæc particula
de ſæpe in cõpoſitione deficientẽ uim ſui ſimplicis indicat:ut ſæuit deſæuit:diſco dediſco:tego detego.ſic
doleo dedoleo. ℂBacche leuis:incõſtans. ℂEt leuior tuis frondibus.quæ cingunt tẽpora. leuior pampi
nis quibus coronaris:nam ut illi decidunt ex arboribus nec ſeruãt uiriditatem.ita tuus animus ſua incon
ſtantia agitur. ℂCognite Bacche in lachrymas meas.quaꝝ tu cã es cũ pellicem ſupinducas. ℂEs auſus
ſollicitare ſollicitũ & anxium reddeẽ. ℂThorũ thalamũ. ℂTam bene cõpoſitum.nã bene iugali iure mu
nitum. ℂAdducta pellice cũ pellicẽ adduxeris:Ante oculos noſtros.pellices nũc quidẽ appellanẽ alienis

ſuccumbentes nonſolum fœminæ ſed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant quæ uxo
rem ſuam habenti nubat: cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt a Numa põpilio hac lege. ¶ Pel
lex aram iunonis ne tangito: ſi tanget iunoni crinibus dimiſſis agnam fœminam cedito: hæc Pompeius
maſſurius libro memorabiliũ pellicem apud antiquos eam habitam ſcribit: quæ cum uxor non eſſet: cum
aliquo tamen uiuebat: quã nunc uero noĩe amicam paulo honeſtiorẽ concubinã appellari. C. Flaccus ĩ li
bro de iure papyriano ſcribit pellicem nũc uulgo uocari: quæ cum eo cui uxor ſit corpus miſceat quoſdã
eam q̃ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit: quã græci παλλακην uocãt. ¶ Heu ubi pacta fides: ubi ea
quã promiſiſti. fidem. ¶ Vbi quam ſolebas iurare: p quã iurabas. Me miſeram: dico. ſ. ¶ Quotiẽs ego lo
quor hæc uerba: quotiens cogor ita loqui: nã primũ perfidia theſei: nunc uero bacchi: facit ut ita loquar.
Culpabas Theſea: dãnabas theſeum a pfidia: ꝙ reliquiſſet. ¶ Et tu ipſe uocabas fallacem: quia periurus.
¶ Tu ipſe peccas turpius: reprehenſibiliꝰ tuo iudicio quia qui pfidũ & fallacẽ illum iudicabas: nunc cũ in
eodem ſis crimine: ex eo quod illum dãnabas longe magis dãnari mereris. ¶ Neſciat hoc uellet inqt hoc
omnes latere: ne quis putet me totiens mea culpa derelictã: & in primis latere uelim theſeum: ne gaudeat
nunc deum in me fuiſſe fallacẽ nã numinis exemplo culpã ſuam extenuaret. ¶ Neſciat quiſq̃: hoc me. ſ. a
ſcilicet apes tinitus ſequutas. ¶ Et claudit in arbore inani:uacua hoc eſt in cauo arboris trũco.ſiue in ipſo alueario. ¶ Et habent præmia mellis inuenti:habent laudem inuentionis mellis.nam uere laudes ſunt uirtutis præmia. ¶ Vt ſatyri qui deguſtauerant mella:capiti ea dulcedine:ingrebant per ſiluas:ſi ea in cauis arboribus inueniſſent:Sylenus:putauit ea inueniſſe:cum aduerteret faui ſimilitudinem:eo: tacitus acceſſit

Sylenus bacchi comes ĩ aſello pando

Crabrones:& ueſpæ infixere illi aculeos. ¶ Vt poſtquam.Satyri:qui liberum patrem comitantur. ¶ Et lenis ſenex:Sylenus de quo plura in primo. ¶ Tetigere ſaporem:guſtauere ſaporem mellis. Querebant fauos:flauos flauẽtia mella. ¶ Per omne nemus:per omnis ſiluas. ¶ Senex:Sylenus audit ſtridorem. ¶ Examinis:hoc eſt apes ſtridentis:uel quas ipſe apes putauit:cum eſſent Crabrones:& ueſpæ. ¶ In ulmo excaua quam uetuſtas exederat. ¶ Aſpicit & ceras: nam & ueſpæ componunt inanes ceras ad ſimilitudinem faui: ¶ Et diſſimulat:quia uidebatur non uidiſſe:ne alii quoq; aduerterent. ¶ Et ut piger:quia ſenex. ¶ Reſidebat tergo aſelli pandi recurui:ſedebat in curuo tergo aſelli. ¶ Applicat hunc:aſellũ. ¶ Vlmo & cauis corticibus:non enim deſcendit ex aſello:ſed cum eo ad ulmum acceſſit: & arborem ipſam aſcendit. ¶ Ipſe nixus:innixus arboris trũcho. ¶ Cõſtitit ſuper ramoſo ſtipite:ſup ipſo truneo. ¶ Atq; auide:cũ auiditate: ¶ Petit mella condita:quæ ipſe illic eſſe exiſtiabat. ¶ Trunco:ipſius ulmi. ¶ Coeunt crabronũ milia:quaſi innumeri crabrones conueniunt. ¶ Et deſigunt:deorſum inſigunt.

ANT. FAN.

¶ SPICVLA:aculeos quibus affixis excitatur dolor & tumor:Limumq; inducere monſtrat:Vt intuentes Sileni faciem luto oblitam mouerentur ad riſum: perſuaſit Sileno ut ad tollendum dolorem tumoremq; ori & capiti limum induceret:quamuis legi apud ſcriptores ac medicos probatiſſimos luti genus mederi eiuſmodi morſibus & hauſtum cum uino & illitum cum aceto. ¶ SPLendida mella.Electa & pura qualia ſacris adhiberi oportet. ¶ Fœmina cur præſtet:Si quæris cur ĩ Feſto Bacchi fœmina potius q̃ uir populo liba ſuppeditet.ratio in promptu eſt: quia fœminarum ac menadum greges Bacchum ſequebantur quas thyrſos gerentes deus concitabat. Cõſtat enim bacchum teſte Diodoro peragrantem orbem duxiſſe exercitum non uirorum tantum: ſed etiam mulierum. Vnde in multis Greciæ ciuitatibus cum trieteria aduenıſſent mulieres in unum conueniebant & uirgines thyrſos gerentes Liberum patrem hymnis & cantibus uenerabantur. ¶ Cur anus hoc faciat quæris. Quia uino ſenectus & gaudet:& indiget ut lacte infantia: diciturque uinum lac ſenis.

Quare fœmiæ potius q̃ uiri celebrant feſta bacchi

Spicula deſigunt:oraq; prima notant.
Ille cadit præceps & calce feritur aſelli.
Inclamat ſocios:auxiliumq; rogat:
Cõcurrunt ſatyri turgẽtiaq; ora parẽtis
Rident:percuſſo claudicat ille genu.
Ridet & ipſe de9:limũq; iducerẽ mõſtrat
Hic paret monitis:& linit ora luto:
Melle pater fruitur:liboq; infuſa calẽti:
Iure repertori ſplendida mella damus:
Fœmina cur præſtet:nõ eſt ratiõis opertæ:
Fœmineos thyrſo cõcitat illa choros:
Cur anus hoc faciat q̃ris:uinoſior ætas:
Hæc erat & grauidæ mũera uitis amat

PAV. MAR.

¶ SPICVLA:aculeos. ¶ Vertice nudo:nudató:& detecto ſileni capite:notant ſignant aculeis:quem ſubitus tumor ſequitur. ¶ Prima ora:uultum ipſum in ſuperficie. ¶ Crabrones ex mulis:Veſpæ ex aſinis:fuci ex equis:apes ex bubus naſcuntur:& de his quoq; ĩ primo. ¶ Ille:ſylenus. ¶ Cadit præceps.decidit ex arbore cum capite deorſum. ¶ Et ferit calce aſelli aſellus ſyleni caſu exterritus illius genu calce percuſſit. ¶ Inclamat ſocios:ut ei ferant opem. ¶ Et auxiliũ rogat:rogando petit:ut ipſi ſuccurrant quia tollere ſe humo non poterat. ¶ Satyri concurrunt ad clamorem ſyleni. ¶ Et rident ora turgentia:uultum iam tumefactum Crabronum ſpiculis infixis. ¶ Parentis:ipſius ſyleni ſenioris. ¶ Ille ſyl. ¶ Claudicat genu percuſſo:quod calce percuſſerat aſell9. ¶ Ridet & ipſe deus.bacchus.Non ſine artificio fabellas huiuſmodi immiſcet poeta:quoniam ut in primo diximus: ſacra & feſta bacchi ioco & riſu abſoluebantur:ſeruat & ipſe morem in ſacrorum deſcriptione: fabellas ĩmiſcet: quæ riſum moueât. ¶ Et monſtrat bacchus. ¶ Inducere limum.lutum hoc eſt ſuperponere ori tumenti lutum:Hic:ſyl ¶ Paret monitis:facit quod ille monuerat:& linit ora luto:ut augeret riſum delinit ille uultũ luto. ¶ Pater:liber ipſe.Fruitur melle:redit ad propoſitum:quod mella Baccho libantur:nam eius eſt inuẽtum:ideo fruitur hoc eſt ueſtitur melle cuius uſum adinuenit. ¶ Iure merito igitur Damus offerimus: Mella ſplendida:nitentia. ¶ Infuſa libo:de quo agebamus. ¶ Calenti:nam tunc plus mellis haurit. Repertori baccho merito liba calentia melle infuſa libero patri offeruntur:cui mellis inuentio aſſignatur: & a quo libamina ipſa dicuntur. ¶ Fœmina cur fœmina potius q̃ mares:huic liborum muneri præpoſita ſit. ¶ Eãq; rationem affert quod ſecum bacchus puellas comites ducat tyrſum ferentis:& in græcia in feſtis trietthericis:& in orgiis mulieres conueniunt cum tyrſis:& in choreis bacchantes. ¶ Non eſt opertæ:ſed aperte.nõ occultæ:ſed manifeſte rationis. ¶ Cur pſit fœmina:cur fœmina ſit:quæ ad liba populũ uocet. ¶ Ille bacchus. ¶ Concitat:cõmouet. ¶ Tyrſo quæ eſt haſta pampinis inuoluta. ¶ Choros fæmineos: quos ſecum ducit.nam Ducebat Menadas:ut Diodo.inquit ¶ Cur anus:nunc illuc quærit cur potius uetula: q̃ adoleſcentula:id faciat ratio eſt:ꝙ anus plus appetit & plus uini haurit:q̃ adoleſcentule.illa enim ſenilis ætas cũ ſit effeta & parum ſanguis habeat & ob id frigeat.uino alitur calet & uires ſuſcipit.unde in prouerbio eſt uinum eſſe lac ſenum. ¶ Tu quæris cur anus uetula. ¶ Faciat hoc.i.præſit libis. ¶ Hæc æ.ſe.ſ. Erat ui.magis hauriens uini:& ſic magis ebria. ¶ Et.a.mu.ui.gra.amat uina & uuas.quæ e grauida uite leguntur.unde uinum exprimitur. ¶ Vitis gra.per tranſlationem a prægnantibus:quia quoq; fetum uitis parit.

Miraculum bacchi q̃uo liberauit ſylenum ab aculeis crabronum

¶CVR hedera hæc cincta eſt.oportebat eandẽ anũ cinctã hedera liba populo miniſtrare.¶Hedera ẽ gratiſſima baccho.Ouid.in primo triſtium.De me meis hederas bacchica ſerta comis. Hac Alexander coronato exercitu ex India rediit exemplo liberi patris:ut ſcri.Plv.cui⁹ dei thyrſos galeas & ſcuta thraces hedera ornabant in ſolẽnibus ſacris : quam mirum eſt(ut idem inquit)ullo in honore habitam eſſe cum ſerpentium frigori ſit gratiſſima & inimica omnibus ſatis : hinc eſt ꝙ eam Plutar.tradit hominibus inutilem eſſe ſterilemq;:ac non temere in ædibus ali innaſciq; permiſſam .Sciendum apud lacedæmonios ſimulachrum liberi patris coli ſolitum haſta inſigue non thyrſo:cuius mucro hedera regebatur:ut ſcribit Macro.quod oſtendebat impetus belli uinculo quodam patientiæ obligãdos . habet enim hedera uinciendi obligandiq; naturam: Ea in tutela liberi eſſe putabatur autore Feſto quia ut ille iuuenis ſemper ita hæc uiret uel qa ita omnia ſicut ille mentes hominum alligat:

ANT. FAN. Hedera baccho gratiſſima Hedera unde appellatur

Cur hedera hæc cincta eſt:hedera gratiſſima bac
Hoc quoq; cur ita ſit dicere nulla mora ẽ:(cho
Nyſiades nymph as puerũ quærente nouerca
Hanc frondem cunis oppoſuiſſe ferunt:

Dicta eſt autem hedera ꝙ hæreat:uel ꝙ edita petat:uel quod id cui adhæſerit edat. Bacchi ſimulachrũ cornua geſtebat:ut diximus:uel ut proteruitas ſignificaretur & contumacia:uel quod(ut Diodorus ſcribit:) ferunt ammonem Bacchi patrem uſum in bello galea:cuius inſigne fuit Arietis caput . Vnde & Bacchæ cornua ſumebant & ceraptophori dicebantur.¶Puerum quærente nouer.Hanc frondem cuius &c.Iunone bacchum infantem quærentem ut perderet:ferunt Iouem eum dediſſe.Mercurio deferendum ad antrũ Nyſæ urbis arabiæ cuius ſupra meminimus ubi a nymphis ſummo ſtudio educatus eſt:quas autor hic fabulatur oppoſuiſſe Iunoni frondem hædere cunis infantis ac arbore circumſeptis:

Bacchi ſimulachrũ cũ cornib⁹

¶CVR hedera cincta eſt:quærit hederæ cauſam:nam anus illa hedera cingitur:& menades: & quæcũq; baccho ſacrificantes hedera utebantur:poeta originem moris aucupatur ab incunabulis bacchi : quoniam nymphe quæ educabant cuna hedera:ne puer a iunone uideretur . Verum pro corona liber pater eſt uſus hedera ad cuius exemplum:ut inquit Plynius:Alexãder hedera exercitu coronato uictor ex india rediuit: ſed ut Plutarchus oſtendit flaminem dialem committere piaculum ſi hederam attigiſſet : nec iter inde facere poſſe:ubi umbraculum aut arbuſtum:deſuper promineret:& ſubdit rationes . An hoc ſimile ei eſt qđ dicitur.De curru non eſſe:phœnici non inſidere:ſcopam non tranſcedere:non quod hæc Pythagorici uitant . Sed quod per hæc ab aliis detereant . Nam quod ſub uitem ingredi prohibent : ad uinum referebant : quod ſacerdoti ebrium fieri nefas eſſet . Temulentis enim uinum ſupra caput eſt : & deprimuntur omnes ebrii:& humiles fiunt:cum hanc ipſam uoluptatem uincere oporteat non ab ea uinci . Hederam uero tanq̃ ſterilem:hominibus inutilem : & propter fragilitatem adminiculo alterius ſemper egentem : umbra ſolum ac uiriditate oculos capientem:non temere in ædibus ali atq; innaſci ꝑmiſerũt.¶Quiq; quæ plantes complexa maxime nõceret:nec ſolo extirpari facile poſſit:quo fit : ut cœleſtium templis penitus amoueatur.Nec in æde palladis athenis:ac thebis quiſq̃ facile hederã uideat.Nocturnis uero ſacris:& bacchanalibus adeſt.An & hoc quoq; miſticum quoddam ſignum erat:ut a Thyaſis ac reliquis bacchanationibus abſtinerent.Namq; bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerint : ad hederam ſtatim feruntur: & abreptam manibus diuellunt.Dentibus lacerant:ut non omnino incredibilia dicere uideantur qui aſſerunt hederam:quod ſpiritum habeat:quo mentes in furorem concitet:& loco moueat . Ebrietatem abſq; uino inducere:& hylares eos reddere:qui in furorem ꝓcliues fuerint &c.Cur anus ipſa eſt cincta hedera: cur eo die ſe hedera cingit:& coronã fert ex hedera rõnẽ mox ſubiungit.¶Hedera eſt Bac.gra.ſed q̃re gratiſſima.Nulla mora eſt dicere:non retardabor in dicendo hoc quoque cur ita ſit : cur longe gratior cæteris frondibus.¶Ferunt:dicunt.¶Nymphas nyſiades:a nyſa urbe arabiæ:quib⁹ ab ioue nutriẽdus eſt datur puer.¶Oppoſuiſſe hanc frondem cunis:quaſi texiſſe cunas ubi puer iacebat hedera.¶Quærente nouercaidum quæreret priuignum iuno:quæ eum perdere uolebat.¶Reſtat ut inueniam.ſecunda pars propoſiti.Eo bacchi feſto menſe martio:adoleſcentes nobilium filii relicta prætexta uirilem togam ſumebãt:cauſas eas affert:uel quod adoleſcens bacchus fugeretur:uel quod pater dicatur:iure a patribus illi filios commendari:uel quia liber eſt.In eius feſto libera accipienda toga:uti & illis liberior uita permittiẽ : uel quod tum maxime dabatur cum rei ruſtice ueteres incumbentes urbem in feſto bacchi repetebãt:quo adeſſent: & eo die pueris toga daretur.Verum ut rem altius repetamus:prætexta & bulla erant illuſtrium puerorũ ueſtes:quarum altera magiſtratum: altera triumphantium erat . De quo uectius apud Theodoſium hæc inquit Tarquinius priſcus:quem lucumonem uocitatum ferunt:rex tertius ab hoſtilio.Quintus a Romulo:de Sabinis egit triumphum . Quo bello filium ſuum : annos quatuordecim natum quod hoſtem manu percuſſerat:& pro concione laudauit & bulla aurea:prætextaq; donauit inſigniens puerum ultra ãnos fortem præmiis uirilitatis & honoris:Nam ſicut prætexta magiſtratuum : ita bulla geſtamen erat triumphantium:quam in triũpho præ ſe gerebant:incluſis intra eam remediis:quæ crederent aduerſus inuidiã ualentiſſima.Hinc deductus mos ut prætexta & bulla in uſum puerorum nobilium uſurparentur:ad omen ac uota conciliande uirtutis ei ſimilis:cui primis in annis:munera iſta ceſſerunt.Alii putant eundẽ priſcũ cum is ſtatum ciuium:ſolertia prouidi principis ordinaret:cultum quoq; ingenuorum puerorũ inter præcipua duxiſſe:inſtituiſſeq;:ut patricii bulla aurea.cũ toga:cui purpura prætexitur : uterentur dumtaxat illi quorum patres curulem geſſerant magiſtratum . Cæteris autem ut prætexta tantum uterentur indultum. Sed uſque ad eos:quorum parentes equis ſtipendia iuſta meruiſſent.Libertinis uero nullo iure uti prætex

PAV. MAR. Alexander cum exercitu hedera coronato ex india rẽdiit

Vecti⁹ ap̃.theodoſiũ de bullæ cõſuetudine

Bulla aurea cum toga

Marcus leli⁹ augur īſtituit. De bulla nobiliū & libertinorū dīam

tis licebat. Ac multominus peregrinis:quibus nulla eſſet cum Romanis neceſſitudo. Sed poſtea libertinorum quoq; filiis prætexta conceſſa eſt:ex cauſa tali.quam.M.Lelius augur refert:qui bello punico ſecundo duum uiros dicit ex ſenatuſconſulto:propter multa prodigia libros ſybillinos adiſſe: & inſpectis his nunciaſſe in capitolio ſupplicandum:lectiſterniumq; ex collata ſtirpe faciendum ita ut libertinæ quoq; quæ longa ueſte uterentur:in eam rem pecuniam ſumminiſtrarent. Acta igitur obſecratio eſt:pueris igenuis: itēq; libertinis:& uirginibus patrimis:matrimiſq; pronunciantibus carmen. Ex quo conceſſum: ut libertinorum quoque filii qui ex iuſta duntaxat matrefamilias nati fuiſſent: & totam prætextam: & lorum in collo pro bullæ decore geſtarent. Verrius flaccus ait cum populus Romanus peſtilentia laboraret: eſſetq; reſpōſum id accidere:quod dii deſpicerent: Anxiam urbem fuiſſe:quia non intelligeretur oraculum. Eueniſſetq; ut circenſium die puer de cœnaculo pompam ſuperne deſpiceret:& patri referret:quo ordine ſecreta ſactorū in arca pilenti compoſita uidiſſet:qui cum rem geſtam ſenatui nunciaſſet. Placuiſſe uelari loca ea: qua pōpa ueheretur. Atq; peſte ſedata:Puerum qui ambiguitatem ſortis abſoluerat:togæ & prætextæ uſum mun⁹ impetrauiſſe. Vetuſtatis peritiſſimi referunt in raptu ſabinarum:unam mulierem nomine Herſyliam: dum adhæret filiæ ſimul raptam:quam cum Romulus hoſto cuidam ex agro latino:qui in aſylum eius confugerat:uirtute conſpicuo uxorem dediſſet:nam natum ex ea puerum:anteq̄ alia ulla ſabinarum partum ederet:Eumq; quod primus eſſet in hoſtico procreatus hoſtum hoſtilium a matre uocitatum: & eundē a Ro. bulla aurea:ac prætextæ inſignibus honoratum. Is enim cum raptas ad conſolandum uocaſſet: ſpopondiſſe fertur:ſe eius infanti:quæ prima ſibi ciuem Romanum eſſet nixa:illuſtre munus daturum. Nōnulli credunt ingenuis pueris attributum:ut cordis figuram in bulla:ante pectus annecterent:quam inſpicientes ita demum ſe homines cogitarent:ſi corde præſtarent. Togamq; prætextam his additam:ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore tegerentur. De bulla autem Plutar. prob. Cicero cur pueros monilibus quæ uocant bullas exornant. An honoris raptarum cauſa.ut alia multa:ſic & hoc conſtitutum eſſe uoluerunt: his quos eis ſuſcepiſſent. An Tarquinii uirtutem honorandam putarunt. Fertur enim Tarquinium cum puer adhuc eſſet in prælio aduerſus latinos:& hetruſcos:in hoſtes impetum feciſſe: cumq; ex equo defluxiſſet excepto hoſtium impetu:Romanos confirmaſſe:hoſtibus in fugam conuerſis. Cum pluſquam ſexaginta milia hoſtium eo prælio cecidiſſent:hoc a patre:& rege decoris inſigne accepiſſe. An apud maiores noſtros ſpecioſum ſeruum donare:turpe. Non exiſtimabatur: quemadmodum nunc quoque comediæ teſtimonio ſunt. Pueris autem liberis uehemētius abſtinebant:ac ſi forte accideret:ut in pueros nudos inciderēt:ne ambigerent:hoc inſigne liberi ferre conſueuerunt. An uel ad moleſtiam conſeruandam:hoc etiam pertinet & intemperantiæ:ac flagitii frenum eſt cum uirū agere eos pudeat anteq̄ pueritiæ inſignia deponāt. Nam quod Varro ſcribit uerſimile non eſt.cum æoles bullam boliam proferant. ¶ Hoc cōſulis inſigne pueros indui ſolere. Sed uide ne hoc quoq; propter lunam ferant:nam lunæ figura:cum plenilunium eſt non globoſa eſt. Sed lentis formam oſtendit:& quemadmodum opinatur Empedocles illud etiam: quod ſubiectum eſt:non modo quod apparet. Hæc diximus de bulla ſi prætexta:qua ratione pueris data:ut intelligeretur. In ī adoleſcentia uero relicta prætexta:uirilem togam ſumebant:ea erat liberior ueſtis pro liberiore ætate. Inde triſtibus:liberior fratri ſumpta:mihiq; toga: Ea ſcilicet ratione:q̄ puerilia omnia deponerent:& uirilia induerent:eſſentq; uitæ liberioris:ſed ad poetam redeamus.

Plutarchi opinionem de bulla nota ēt ī in Varronem

ANT. FAN.

Reſtat ut inueniam quare toga libera detur:
Luce geris pueris candide bacche tua
Siue q̄ ipſe puer ſemper iuueniſq; uideris:

¶ QVAre ro.li.de. ¶ Luce ge.pu.can.bac.tua mos fuit apud romanos: ut nobiles adoleſcentes in feſto liberi patris cum ætas poſtularet depoſita prætexta uirilem togam induerent:quod genus ueſtis a tegendo dictum ut autor eſt Var. ueteres ad calceos uſq; demittebant: ſicut græci pallium teſte Quinti.qui miratur ſcripſiſſe Ply.ſecūdum Cicero.id facere ſolitum uelādarum uaricum gratia. Fuit autem iuſta togæ menſura ſex ulnarum:ut ait Porphy.q̄ ueſtem induit Virg.auct.Ser.cum eſſet annorum.xvii.& Augu.Cæ.(ut ait Sueto:)liberis ſenatorum protin⁹ pmiſit induere ut celerius reip. aſſueſcerent:Sed utebantur pueri antequam uirilem ſumerent togam alii prætexta tantum: quæ olim regum & magiſtratuum fuit:ut Diomedes grāmaticus ſcribit. Alii toga pretexta patricii dumtaxat atq; hi quorum patres currulem magiſtratum geſſiſſent:ut ait Macro. Id autem amictus genus:cui purpura prætexebatur:ut ex eius rubore pueri ingenuitatis pudore regerentur ab.A.Gel. toga dicitur:Virilis uero toga ideo libera dicitur uñ eſt illud Propertii. Ante deos libera ſumpta toga es.quod qui eā induiſſent liberius uiuerēt. Statius in ſiluis. Quem non corrumpit pubes effrena nouæq; libertas properata togæ. Poſtea uero toga in uſum uenit pauperum tantum ut quibuſdam placet quos interdum Martialis togatos uocat & fœminæ adulterii conuictæ cogebantur togatæ in publicum producere:ut ſcribit Porphyrio. Sumebant autem pueri togam uirilem in feſto liberi patris ob ætatis conuenientiam. quæ pueris eſt iam maturis togæ ſumendæ cum hoc deo. cuius ætas media dicitur inter pueritiam & iuuentam: uel ut commendarentur a parentibus libero:quem Romani patrem uocant:ut quos pedagogi cura deſtituit numinis tutela ſuſciperet:uel q̄ dicere uidebat̄ in feſto liberi patris ſumi ab his liberā togā q̄ liberioris uitæ iter īgrederent̄ uel ut adoleſcentiū frequētia ludis liberalib⁹ nō deeſſet cū ad eos multi nō religiōe ſed togæ ſumēde ſtudio cōuenirēt. De ꝑtexta toga ꝑtexta & bulla puerorū lege Mac. Cōſtat aliqñ togā ānorum.xxiiii.ſumi ſolitā

Virilē togā induebāt in feſto bacchi. Togæ menſura. ꝑtexta. Toga libera. Mulieres ipudice cū toga īcedebant

PAV. MAR.

¶ REſtat:ſupereſt. ¶ Vt inueniā quare detur toga libera:qua ratione liberior ueſtis detur. ¶ Pueris adoleſcentibus:non enim in puerili ætate:ſed in adoleſcentia debatur. O candide bacche tuis luciferis:tuis fe

ſtis. ¶ Siue quód ipſe puer:uel quód ſemper tu uideris adoleſcens. ¶ Semper iuuenis:ex his duabus ætati|us:hoc eſt puero & iuuene:erit adoleſcens;quia nec penitus puer:nec omnino iuuenis.

Et media eſt ætas inter utrunque tibi:
Seu quia tu pater es:patres ſua pignora natos
Commendant curæ numinibuſq; tuis:
Siue q; es liber:ueſtis quoq; libera per te
Sumitur:& uitæ liberioris iter:
An quia cum colerent priſci ſtudioſius agros
Et faceret patrio rure ſenator opus:
Et caperet faſces a curuo conſul aratro:
Nec crimen duras eſſet habere manus:
Ruſticus ad ludos populus ueniebat in urbem:
Sed diis non ſtudiis ille dabatur honor:
Luce ſua ludos uuæ commentor habebat:
Q nos cum tædifera nunc habet ille dea:
Ergo ut tyronum celebrare frequentia poſſet:
Viſa dies dandæ non aliena togæ eſt:
Mite pater caput huc placataq; cornua uertas:
Et des ingenio uela ſecunda meo.

¶ MEDIA ætas:adoleſcentia media inter pueritiam & iuuentam. ¶ Seu quia tu pater es.romãis autore Macrobio Martem ac liberum unum eundemq; deum eſſe uoluerunt & utrunq; patris appellatione uenerati ſunt:ut diximus ſupra. Vnde illud eſt.Huc pater o lenææ ueni.Seruius.Pater in quit licet generale ſit omniũ deorum:proprie tamẽ libero ſemper coheret:nam liber pater uocatur. ¶ Senator:ſenatores quorum manibus olim agri colebantur:ſed & conſules imperatoreſq; idem faciebãt gaudent terre ut inquit Plyn.uomere laureato. ¶ Diis nõ ſtudiis:religioni ac deorum cultui nõ cupiditati & uoluptati. ¶ Vuæ cõmentor: comminiſci a con & mente dictum putatur cum ea finguntur ĩ mente quæ nõ ſunt.Hinc eſt quod cum comminiſcentes noua excogitemus & inueniamus.Cõmentor hic pro inuentore ponitur. ¶ Q uos cum tædifera nũc habet ille dea.Cerere cuius ſacerdotes cum facibus diſcurrebant ſicuti & dea fecerat ad filiã indagandam.Papinius.Tuq; actea Ceres curſu cui ſemper anhelo uotiuam taciti laſſamus lampada myſtæ.Huius deæ ſacra Romanos liberalibus coniunxiſſe aperte quidẽ autor oſtẽdit hoc loco:ſed & Virgilius haud occulte q̃uis non intellectus a Seruio in primo Geor.ut cũcta tibi Cererem pubes agreſtis adoret Cui in lacte fauos & miti dilue baccho.Et latẽter Claudianus qui bacchũ ex adytis Cereris ingredientẽ iducit.Bacchi nomina diuerſa ſunt a græcis ac latinis deducta uocabulis:quorum rationem ab aliis hoc tempore nõ male traditam ſilentio præterimus. ¶ Tyronum:adoleſcentium:quãuis tyro eſt nouus miles.

ANT. FAN.

Pater ẽ nomen generale ad plures deos

Cõminiſci

Sacra Cereris liberalibus coniuncta

Cõmentor pro inuentore hic

Tyro

¶ IDEO ſubdit & media:ætas eſt tibi inter utrumq;:inter pueritiam & iuuentam ſic erit adoleſcẽtia:ergo quia adoleſcens bacchus fingitur in eius feſto adoleſcenti toga datur. ¶ Seu quia tu pater es:uel quia liber pater diceris. ¶ Patres cõmendant ſua pignora natos:hoc eſt ipſos filios. ¶ Curæ & numinibus tuis.tuo numini & tutelæ filii commendantur:iure eo quo pater diceris. ¶ Siue quod es liber:quia a libertate tu liber diceris:& ſub tuo patrocinio ſunt:urbes & populi:quibus tu autor es libertatis. ¶ Veſtis quoq; libera:toga ipſa liberior. ¶ Sumitur per te:hoc eſt per libertatem tuam cui tu quidem præes:& ſumitur iter uitæ liberioris.nam tum primum illa ætas:ſuccumbere pedagogo deſinit:& paternã quoq; renuit diſciplinã. ¶ An quia cum priſci ueteres ipſi. ¶ Colerent agros ſtudioſius.maiore diligẽtia & cura rem ruſticam exercent:& Senatus:ipſi ſenatores. ¶ Faceret opus.proſcinderet terrã offenderet ſereret:& quod in primo libro dixerat.Paſcebatq; ſuas ipſe ſenator oues:& Ply.inquit:& ipſorum tunc manibus imperatorum colebant agri. ¶ Rure patrio:agello paterno: ¶ Et cum conſul caperet faſces:inſignia magiſtratus. ¶ A curuo aratro:dum proſcinderet agrum:ut eſt illud Plynii ſerentem inuenerunt dati honores:ſacrarum : unde cognomen Arãti quatuor ſua iugera in uaticano.quæ prata quintia appellantur cincinnato uiator attulit dictaturam:ſed plura in primo libro in eo uerſu iura dabat populo poſito modo conſul aratro. ¶ Nec eſſet crimen:quaſi non haberet turpe. ¶ Habere manus duras:duratas aſſiduo labore agriculationis: ¶ Populus ruſticus:qui ruri erat. ¶ Veniebat ĩ urbem ad ludos:diebus feſtis urbem repetebat ex agris:ut ludis intereſſet. ¶ Sed ille honor:ludorum ſcilicet & ſolemnis celebritatis. ¶ Dabatur diis nõ ſtudiis:quaſi celebrabant diem feſtum in honorem deorum immortalium : non ad explenda deſideria illorum: qui tunc In urbem redibant : & ſi ueniebant ut ludos illos uiderent : tamen non deorum cauſa:ſed deorum immortalium exhibebantur. ¶ Commentor uuæ:bacchus:qui ex uuis uinum exprimere: & ſeruare in uſum docuit.nam commentum dicimus fictum:ut in metamor.commentaq; funera narrat . ideſt ficta & commentum aliquem in aliquid dicimus cum multa fingit:& componit . quæ pertineant ad illud aperiendum : & dilucidandum. ¶ Sic commentorem uuæ bacchum dicemus : qui occultum in ea fructum aperuit : & rationem oſtendit. ¶ Habeat ludos ſua luce:ſuo die feſto exhibebantur ſibi ludi. ¶ Q uos nunc ipſe habet cum tædifera dea:qui hoc tempore ſibi:& cereri ſimul eduntur.Prius enim ſoli baccho fiebant: poſteritas illos cum cerealibus iunxit : nec ab re cum Dionyſius ſecundus cereris filius.creditus ſit: ipſaq; ceres tædifera dicitur:quod tæda accenſa:filiam proſerpinam quærebat Sacerdoteſq; eius tæda quoq; ſacra celebrabant.unde appellati ſunt ΔαΔ υΧοι.a ΔσσΔυσΔσσ quod eſt tæda εΧω habeo.Ergo ut frequentia tyronum:ut multitudo adoleſcentium frequens ex agris in urbem redeunt. ¶ Poſſit celebrare: celebrem reddere diem. ¶ Dies:hæc ſcilicet qua feſtum bacchi celebratur . ¶ Non eſt uiſa aliena;ſed conueniens.

PAV. MAR.

In feſto bacchi ſumebatur toga libera

Feſta bacchi agebanẽ cũ feſto cereris

¶Dande toge:qua toga adoleſcenti daretur. ¶Tyronum:dixit per tranſlationẽ a nouis militibus:nam tyro nouus miles:ſic eos adoleſcentes tyrones uocat. ¶Mite caput:bacchum præcatur:ut faueat:quo fauente eius nomine cœptum opus proſequatur. ¶O pr̃:o liber:o bacche. ¶Vertas huc:ad me. ¶Caput mite:lene & benignum. ¶Et cornua placata:non timida:non irata:ſed quieta:& lenia. ¶Et des uela ſecũda ingenio meo:tranſlatio a nauigantibus:hoc eſt aſpirato meo ingenio:quo proſpero curſu proſequar:& ad finem deducam inchoatum opus.

Tyro dr̃ nou⁹ miles ꝓprie

AN Γ. FAN.

Argeos

¶ITVR ad argeos:Numa pompilius multa loca ut Liuius ſcribit ſacris faciẽdis dedicauit:quæ argeos põtifices uocabant : quos Varro dictos putat a principib⁹ qui cum Hercule argiuo uenerunt:Romam:& in ſaturnia ſubſederunt : de quibus ſuo loco plura dicemus . Ad eos flaminica dialis cum iret nec capillo depexo:ut apud.A.Gel.legimus i his locis &.xvi. &.xvii.calendas Aplires Romani rem diuinã faciebant. ¶Stella lycaoniam uergit decliuis ad arcton miluus.Hæc ſtella.xv.calẽ. Aprilis oſtenditur italiæ teſte Plynio : quam quidam dicunt hoc tempore cum libra in ortum chronicum tolli.Miluus autem auis(ut idem autor ſcribit)e genere accipitrum eſt:quæ quamuis rapaciſſima ſit ac ſemper famelica:nihil tamẽ eſculenti unquam rapuit ex funerum ferculis:nec Olympiæ ex ara. Eadem flexibus caudæ uidetur docuiſſe gubernandi artem in mari:quæ in cœlum tranſlata(ut autor hic fabulatur)uergit ad ſeptentrionem & in ortum ferẽ:ut Ouid.traditur hoc loco.xv.calend.Apriles.

Miluius orit̃.xv.ca.apri.

Miluius qui ſua cauda docuit gubernaculum i naui

Titanes

Itur ad argeos qui ſunt ſua pagina dicet:
Hac ſicut memini:præteritaq; die:
¶Stella lycaoniam uergit decliuis ad arcton
Miluius:hæc illa nocte uidenda uenit.
Quid dederit uolucri ſi uis cognoſcere cœlum:
Saturnus regnis a ioue pulſus erat:
Concitat iratus ualidos tytanas in arma:
Quæq; fuit fatis debita tentat opem:
Matre ſatus terra monſtrum mirabile taurus:
Parte ſui ſerpens poſteriore fuit:
Hunc triplici muro:lucis incluſerat atris:
Parcarum monitu ſtyx uiolenta trium:
Viſcera qui tauri flammis adolenda dediſſet:
Sors erat æternos uincere poſſe deos:

¶Iratus:Saturnus infeſtus ioui qui eum regno deiecerat. ¶Validos titanas:gigantes.Hos(ut ait Seruius)irata terra aduerſos deos creaſſe dicitur in ultionẽ. Vnde & titanes dicti apotis tiſeos.i.ab ultione.Alii aliter fabulant̃. ¶Tẽtat opem:ut imolet̃ taurus mõſtroſus terræ filius:cuius mactator poterat uincere deos imortales.Lege fatoꝝ ſi adoleret eius mõſtri uiſcera.

PAV. MAR.

¶ITVR ad argeos:eodem die:quo bacchi ſacra ſolẽnia fiunt:& die qui præceſſit:itur eum pompa ad tẽplum Caſtoris & Pollucis:de quo templo diximus circa fidem primi libri. ¶Itur cũ põpa:ſcilicet. ¶Ad argeos:ad argeorum hoc eſt laconicorum deorum templa : Verum & Varrone & Pompeio teſte Argeos uocabant ſcyrpeas effigies:quæ per uirgines ueſtales iaciebantur ſingulis annis in tybrim:de quo dicem⁹ in quinto libro:& Argea ut Pomp.aſſerit loca Romæ appellantur:quod in his ſepulti eſſent.quidam Argiuorum illuſtres uiri:hoc autem in loco poeta de Caſtore & Polluce intelligit:uel ab argis:ſeu ab ipſis argeis:nam ut arbitror:ipſa loca ubi poſtea conſecratum fuit ſacellum horum numinum apud aquam iuturnam appellata fuere argea.Nam ad radices pallantii. ¶Qui ſunt argei:ſcilicet. ¶Dicet ſua pagina:ubi i ſcripta ſunt feſta ſtata.Nam in uetuſtiſſimis monumentis:inſcriptio huius diei eſt:pompa ad templum Caſtoris & Pollucis duobus continuis diebus.Sic dicet ſua pagina ubi eſt ea inſcriptio:& inſerius quoq; repeter ipſorum deorum nomina. ¶Itur hac die & præterita:quia.xvii.&.xvi.calen.apri.Sicut memini:hoc dixit:quia erat in ponto:& diu non interfuerat his feſtis.ideo ſicut memoria repeto. ¶Stella lycaoniam:ea nocte quæ ſequitur oritur miluus:& Plynius inquit miluum italiæ oſtendit.xv.calen.april.Sic a poeta nõ diſcrepat ſtella eſt in ſeptẽtrionali parte cœli:cuius fabula hæc refertur.Saturno ab ioue pulſo:titanes ioui bellum intulerunt . Peperatq; terra horrendum monſtrum anteriore parte taurum poſteriore anguẽ. Quod ita monentibus parcis ſtygiis eſt aquis intercluſum.Cumq; fatum eſſet:qui beluæ adureuiſſet exta deorum imperio potiturum briareus mactauit.Q At miluius exta ioui retulit:pro quo beneficio iuppiter inter aſtra collocauit. ¶Miluius ſtella:quem in ſtellã mutauit iuppiter. ¶Vergit decliuis.prona ſeſe iflectit. ¶Ad arcton lycaoniam.ad urſam lycaonis filiam:de qua in ſecũdo Hæc ſtella. ¶Venit uidẽda illa nocte:quæ diem pompæ ſequitur ea quidem nocte ſe oſtẽdit. ¶Si uis cognoſcere:ſcire cupis. ¶Quis dederit cœlum uolucri:quis miluium inter aſtra collocauit. ¶Saturnus erat pulſus regnis:a ioue iuppiter filius patrem regno deiecit inde eſt apud Virgilium.arma iouis fugiens:& regnis exul ademptis. ¶Irat⁹ Saturnus ¶Concitat in arma:in bella contra iouẽ. ¶Validos titanas:fratres ſuos.ſed poeta intelligit de gigantibus in ſubſequenti libro de titanibus agemus. ¶Et tẽtat opem:auxilium. ¶Quæ fuit debita fatis.quæ fatali neceſſitudine debeatur:illi maxime qui monſtri illius exta adoleuiſſet . tentauit ergo eam opem immolationis beluæ ¶Fuit ſatus matre terra taurus parte ſui:belua quæ anteriore parte erat taur⁹ nata eſt ex terra per appoſitionem. ¶Monſtrum mirabile:hoc eſt monſtroſa belua admiratiõe proſequẽda. ¶Poſteriora:parte ſcilicet fuit. ¶Serpens:icipiebat a tauro:& deſinebat in anguẽ. ¶Styx:iferna palus. ¶Violenta:propterea;qd eſt irremeabilis unda. ¶Incluſerat in atris lucis:in obſcuris ſiluis. ¶Hũc taurum & anguem. ¶Triplici muro:triplici murorum ambitu a Marone locum accepit Mœnia lata uidet triplici circundata muro. ¶Monitu trium parcarum:ita parcis iubentibus quæ tres ſunt Cloto Lache

Agel ad radices montis pallatini

Briare⁹

Saturn⁹ pulſus regno cœli a ioue filio

Cloto

ſis Atropos. Hæ quæ diſpenſant mortalia fila ſorores. ¶ Erat ſors: erat reſpõſum. Vnde eſt hinc lycie ſortes. ¶ Qui dediſſet uiſcera tauri adolenda flammis: qui taurum illum mactaſſet: & inteſtina cremaſſet: nã adolere interdum cremare eſt: ut uerbenaſq; adole pingues: & maſcula thura. ¶ Poſſe uincere deos æternos: ſuperare deos bello: & potiri eorum imperio. ¶ Briareus: de quo Virgilius. Et centum geminus briareus. & Horatius centimanus gigas unus ex terræ filiis.

Lacheſiſ atropos

Immolat hũc briareus facta eſt adamante ſecuri:
Et iamiam flammis exta daturus erat:
Iuppiter alitibus rapere imperat attulit illa:
Miluius: & meritis uenit in aſtra ſuis:
¶ Vna dies media eſt: fiunt cũ ſacra mineruæ:

¶ IMMOLAT huic briareus facta ex adamãte ſecuri: briarenſi qui & ipſe mõſtrum eſt monſtroſum animal domuit: terræ filius. Sæpe enĩ euenit: ut monſtrum monſtri opera & impii manibus occidant impiorum. Briareus ſecundum fabulas centimanus fuit & ipſe eſt ægeõ. Eſt autem inenarrabilis adamantis duritia: ut ait Plynius. quod eius gemmæ nomen oſtendit: dictæ ab a particula priuatiua & damazo quod eſt domo cuiuſuis cum ferrum ignemque contemnat hircino rumpitur ſanguine calido & recẽti. ¶ Iuppiter alitibus rapere imperat. Recte dicimus impero tibi certare: & impero te certare. ¶ Vna dies media eſt: & fiunt ſacra Mineruæ. xiii. calend. aprilis. Quinquatrus mineruæ celebrantur dictæ autore Feſto ꝙ poſt diem quintum iduum celebrentur ut triatrus ſexatrus & ſimilia. Primus enim dies quinquatruum quintus poſt idus inuenitur. Quintum autem dicimus excluſis idibus non compræhenſis ut ſæpe fieri conſueuit. Sic Ouidius ſupra tertia poſt idus lux eſt celeberrima baccho. Vbi niſi. xviii. diem menſis acceperis primum quinquatruum diem non quintum ab atro: ſed quartum inuenies. Quinque autem diebus mos fuit, quinquatrus celebrari: quorum primus erat quidem expers ſanguinis ꝙ eo die Mineruam natam exiſtimarent: reliquis uero in harena gladiatores nudis enſibus pugnabãt: ut Hæc eſt armiferæ feſtis de quinque mineruæ. Quæ fieri pugna prima cruenta ſolet. Quo tempore (ut inquit Porphyrio) pueri ludis inſatiabiliter utebantur. Et quidam teſte Plynio putandas generoſarum uitium pergulas tradiderunt. Sunt autem qui a quinque & atro quinquatrus uolunt nomen accepiſſe quod primum quinque feſtorum mineruæ quintum ab atro die ſit qui poſt idus inuenitur. Sed his. A. Gel. auctoritas reluctatur qui docet quinquatrus dictas ꝙ quinque ab idibus dierum numerus ſit: atrus uero nihil ſignificare: & eſſe nominis ſupplementum. Alii a quinque dierum numero quinquatrus: quod Pallas a Romanis hoc tempore nõ uno tm̃ die celebratur: ſed quinq; cõiunctis: qđ non placet. Scire aũt debemus non modo quinquatrus dici genere fœminino. Vnde eſt illud Feſti. Minuſculæ quinquatrus appellabanẽ idus iuniæ. Et illud Ciceronis ad. M. Cælium ita tumultuoſæ conciones ita moleſtæ quinquatrus afferebanẽ: ſed & quinquatria neutro Cornelius Tacitus. Vtq; quinquatria quibus apte eſſent inſidiæ ludis annis celebrarenẽ: & quinquatres quinquatrium uirili genere teſte Priſciano.

ANT. FAN. Briare9 / Adamã tis duritia / Quinq̃ tria mineruæ xiii. cal. apri. quinquatrus Palladis Feſtum / Quinquatria Quinquatres

¶ IMMOLAT hunc taurum: ſcilicet ¶ Securi facta ex adamante: ex lapillis inuiolabilibus: quorum ut inquit Plynius. Duritia inenarrabilis eſt, ſimulq; ignium uictrix natura: & nunquã incaleſcens. Vnde & nomen interpretatione græca indomita uis accæpit. & paulo poſt ſubdit. Siquidem illa inuicta uis duarum uiolentiſſimarum naturæ rerum: ferri igniſq; contemptrix: hircinõ rumpitur ſanguine: ac ne aliter: quam recenti: calidoq; macerata: & ſic quoq; multis ictibus. Tunc etiam præterquam eximias incudes: malleoſq; ferreos frangens: cuius hoc ingenio quoue caſu repertum: aut quæ fuit coniectura experiendi rem immenſi ſecreti: & in fœdiſſimo animalium omnium: profecto muneris talis inuentio hominis eſt. Nec quærenda in ulla parte naturæ ratio: ſed uoluntas: ut eum fœliciter rumpere contingit in tam paruas frangiẽ cruſtas: ut uix cerni poſſint. Expetuntur hæc a ſculptoribus: ferroq; includuntur. nullam non duritiam ex facili cauantes. ¶ Hæc diximus: ut credatur fieri poſſe ſecurim: immixto adamante. Tali igitur ſecuri briareus beluam immolauit. ¶ Et iam erat daturus exta flammis: quaſi tunc: tũc cremare uolebat exta. ¶ Iuppiter imperat alitibus: auibus: ¶ Rapere: imperat ut ni diripiant exta antequam adoleantur ab illo: Attulit exta ſcilicet. ¶ Illi: ioui. ¶ Miluius & uenit ĩ aſtra ſuis meritis: qa eo beneficio iuppiter aſtris intulit. ¶ Dicimus miluum: & miluum quem inter accipitrum genera refert Plynius: & illud de eo inquit. Notatum in his rapaciſſimam ac famelicam ſemper alitem nihil eſculenti rapere unquam e funerum ferculis: nec olympie ex ara: ac ne ferentium quidem manibus: niſi lugubri municipiorum immolantium oſtento: & reliqua ob id quidem fabulæ locus datus eſt: eripuiſſe exta ab oſtentoſa briarei immolatione Milui & ipſi hybernis menſibus latent: non tamen ante hirundines abeuntes. ¶ Vna dies media. xiiii. calen. apriles, hoc eſt decimonono die martii: incipiunt quinquatria mineruæ: quinque diebus continuis celebrantur: qua quidem ratione multi putarunt a quinario dierum numero quinquatria dicta. Alii a quinquatro dic: de quo Pomp. Quinquatrus feſtiuus dies dictus: ꝙ poſt diem quintum iduum celebraretur: ut triatrus: & ſexatrus: & ſeptematrus: & decematrus: uel decumatrus. Et Varro ait. Quinquatrus hic dies unus: ab nominis errore obſeruatur: proinde ut ſint quinque dictus: ut ab Tuſculanis poſt diem ſextum iduum ſimiliter uocatur ſexatrus: & poſt diem ſeptimum ſeptimatrus: ſic hic quod erat poſt diem quintum quinquatrus. Hæc Varro at ille fuit error eum numeretur ab idibus: quandoquidem numerari debuit ab atro: hoc eſt ab iduum poſtridiano. Verum hæc quinquatria feſta poeta ita dicta oſtendit a quinque diebus iunctis: primo enim die fiebant ſacrificia: tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant quinto die: erat lu-

PAV. MAR. Adamas lapis duritia inenarrabili: ut ait ply. / Decimo nono die martii incipiũt quinquatria

ſtratio tubarum ſonitu:& ſacrificia quoq; fiebant.Secundus quinquatrium dies & primus gladiatoriæ pugnæ clarus eſt ortu ipſius Naſonis. Eo enim die natus eſt:nam ut in Quarto Triſtium inquit. De natali ſuo:& fratris intelligens Lucifer amborũ natalibus affuit idẽ.Vna celebrata eſt per duo liba dies. ℭ Hæc eſt armiferæ feſtis de quinque mineruæ quæ fieri pugna prima cruenta ſolet. ℭ Vna eſt dies media:inter ortum milui & primum diem quinquatr.una interponitur dies:& ſic ſignificat decimum nonum diem mẽſis. ℭ Et fiunt ſacra mineruæ:ſacrificia palladi.

Luſtratio tubarum

ANT. FAN. ℭ NOMINA quæq; iunctis quinque diebus habent:cauendum ne putemus hoc loco errare Naſonem & a doctiſſimorum ſcriptorũ traditione diſſentire. Non enim dicis Quinquatria a quĩque dierum numero appellata quod mineruæ ſacra diebus quinque celebrẽtur:ſed docet quinquatrus nomine non ſolum hunc diem uocari qui primus quinque dierum eſt & quintus poſt idus:ſed quattuor dies adiunctos. Vnde illud eſt Iuuena.Et tótis quinquatribus optat.Sẽſus ergo eſt:ſacra fiunt mineruæ quæ habent quinquatruum nomina quinque diebus adiunctis.Non errauit hic quidam Iuuenalis interpres cuius deus omnipotẽs miſereatur:nup enim exceſſit e uita. Eius uerba hæc ſunt quinquatria dies ſacri Mineruæ qui diebus quinque celebrabantur:ut Ouidius docet ita appellata:quoniam quinque dieb⁹ poſt idus fiebant.Varro quãtum ex eius loco quãuis mutilatio colligitur a Feſto atq; A.Gel.non diſſentit. Errore enim factum uult ut quinquatrus dictæ credantur quod quinque dies ſint. Sed ut idem inquit quemadmodum ſexatrus & ſeptimatrus nomen acceperunt:non quod ſex ſeptemue dies ſint:ſed quod ſexatrus poſt diem ſextum idus.Septimatrus poſt ſeptimum ſint:ita quinquatrus appellata eſt dies:quæ poſt diem quintum erat. ℭ Altera treſque ſuper ſtrata celebrantur harena.Sternebatur harena in theatris ubi gladiatores pugnabant:necnon & alibi.Vnde per harenam theatrum accipimus:uel alia loca ubi eiuſmodi ſpectacula exhibebantur. ℭ Enſibus exertis bellica læta dea eſt:expeditis & euaginatis enſibus.Eſt autem exertis participium a paſſiuo eius uerbi quod eſt exero. ℭ Qui bene placarit pallada doctus erit:quia pallas & bello præeſt ut mars ac bellona dicit̃:& eſt artium dea:poterit & rei bellicæ ſcientiam præſtare & artium quibus in pace utimur. ℭ Lanam mollire puellæ diſcant:conciliata dea lanifici artiumq; omnium & prudentiæ quam metapontini teſte Iuſtino panificiis aliquando iratam placarunt.Dicitur autem Minerua & bellorum dea & prudentiæ:quia utres ſine prudentia:ut inquit Porphyrio non tantum uanæ ſunt:uerum etiam ſibi aduerſariæ Eadem artibus præeſſe dicitur:quia fertur nata e iouis capite. ℭ Stantes radio percurrere telas:radius inſtrumentum eſt quo ſub tegmen ſtamini a textoribus interponitur:eſt & uirga que geometræ interdum lineas ducunt. Stantes autem dicit.quia ſtamen a ſtando nomen accepit:ut autor eſt Varro:qui etiam ſcribit ſub tegmen dictum quod ſubit ſtamini.Id & tramam uocant : quamuis idem Varro ueſtimenti genus tramam eſſe doceat dictũ:quod id frigus tramet:denſumq; a dentibus pectinis nominatum oſtẽdat quibus ferit̃. ℭ Qui maculas læſis de ueſtibus aufers:fullonem dicit qui a græcis ſnaphys uocatur. Artem fulloniam Nicias megarenſis inuenit teſte Plynio.

Quinq̃trus

Sexatr⁹ Septiatrus q̃a poſt.q̃n tũ ſextũ ſeptimũ idus ſciri p̃iãt ſm Varronem & Feſtũ & A.G.

Arena pro theatro

Minerua dea bellorũ & prudẽtiæ

Radius

Stamen

Subtegmen

Trama

> Numina quæq; iunctis quinq; diebus habent:
> Sanguine prima uacat nec fas concurrere ferro
> Cauſa q eſt illa nata minerua die:
> Altera treſq; ſuper ſtrata celebrantur herena:
> Enſibus exertis bellica læta dea eſt:
> Pallada nunc pueri teneræq; ornatæ puellæ:
> Qui bene placarit pallada doctus erit:
> Pallade placata lanam mollire puellæ
> Diſcant & plenas exonerare colos:
> Illa ẽtiam ſtantes radio percurrere telas:
> Erudit & rarum pectine denſato pus:
> Hanc cole qui maculas leſis de ueſtibus aufers

PAV. MAR. ℭ ET Habet nomina quinque diebus adiunctis:nam quinquatria dicta ab ipſo quinario dierum numero. ℭ Prima dies uocat ſanguine:non effunditur primo die ſanguis:quia abſtinent eo die a pugna gladiatores. ℭ Nec fas:nõ licet. ℭ Cõcurrere:congredi:& cõfligere. ℭ Ferro:armis. ℭ Cauſa:quare non cõcurritur. ℭ Quod minerua eſt nata illa die:putabant eo die e iouis uertice natã mineruã. ℭ Altera terſq; ſup quattuor ſequẽtes dies. ℭ Celebrantur a gladiatoribus ipſis. ℭ Harena ſtrata:harena theatri : quæ ſternebatur cum digladiandum erat:& aliis quoq; ſpectaculis.Vnde apud Iuuena.Et latum media ſulcum deducit auena. ℭ Dea bellica:pallas quæ bellis præeſt. ℭ Eſt læta enſibus exertis:experimento:& exercitatiõe enſium in theatro. ℭ Pallada nunc:hortatur unũquẽq; uel litteris:uel aliis quibuſcũq; artibus deditum : ut feſta celebrent:& placent pallada pueri:quo litterarum ſtudio proficiant:puellæ:quo lanificio:& ſic in cæteris ℭ O pueri & teneræ puellæ ornatæ:colite & celebrate: ℭ Pallada:palladis numẽ. ℭ Qui bene placuit pallada:qui ſacrificiis placuerit & proprium ſibi fecerit palladis numen. ℭ Erit doctus:quãcunq; ſcilicet uoluerit artem: ℭ Puellæ diſcant mollire lanam:quaſi exercere lanificium. ℭ Pallade placata ſacrificio ſcilicet & donis & præcibus.nam ea eſt lanificii dea. ℭ Et exornare plenas colos:nere lanam.Tunc enim exornantur coli:cum filantur penſa. ℭ Illa etiam erudit:inſtruit & docet. ℭ Percurrere telas ſtantes firme manentes. ℭ Radio.quaſi docet texere pannum:cum tenta in longum fila:pcurrunt̃ radio.qui eum alio filio interiicitur.Deinde pectine pendenti ad coniungenda:denſandaq; fila ipſa uerberantur Ideo hic. ℭ Et dẽſat:denſare docet. ℭ Opus.ipſum pannum:nam quod rarum eſt ſpiſſum facit inculcando. ℭ Pectinei : pe

Bellona dr̃ pallas quæ bellis præeſt

Officia palladis

ctinis percuſſione. ¶ Cole hanc: pallada. ¶ Qui aufers auferre uoles: aut ſoles. ¶ Maculas de ueſtibus læſis: infectis ideſt. Colite eam fullones: qui ueſtes & pannos ab omni macula expurgatis. ¶ Cole hanc pal. ¶ Quiſquis parat æna: uaſa ærea. Virgilius littore æna locant.

Hanc cole uelleribus quiſquis aena paras:
Nec quiſq̄ inuita faciet bene uincula plantæ:
Pallade: ſit Tytio doctior ille licet:
Et licet antiquo manibus collatus epæo
Sit prior irata pallade mancus erit:
Vos quoq; phœbea morbos qui pellitis arte
Munera de ueſtris pauca referte deæ:
Nec uos turba feri ſenſu fraudata magiſtri
Spernite diſcipulos attrahit illa nouos:
Quiq; moues cœlum tabulamq; coloribus uris:
Quiq; facis docta mollia ſaxa manu:
Mille dea eſt operum certe dea carminis illa eſt
Si mereor ſtudiis adſit amica meis:

ANT. FAN.

¶ VELLERIbus quiſquis aena paras: ſuadet his qui lanas tingere conſueuerunt ut Palladem colant. ¶ Vincula plantæ calceos a quibus pedes uinciuntur. Eorum ſutores nō ſunt proprie cerdones dicendi. Cerdo enim generale nomen eorum eſt qui artificio lucrū quæritant ut uocabulum oſtendit: accipiturq; interdum pro humili ac plebeio. Iuuena. Poſtquā cerdonibus eſſet timendus ceperat. ¶ Sit ticio doctior ille licet. ticium quidam exiſtimāt fuiſſe. Ouidii temporibus præclarum artificē calceorum. Nobis placet Tychio legi qui ab Homero nobilitatus eſt in ſeptimo iliados is cerdo excellētiſſimus multa fabricauit & præcipue ſcutum aiacis. ¶ Antiquo manibus collatus adeo hic dicitur inueniſſe ad troiā equū qui in mulibus machinis aries uocatur fuitq; fabricator Epeus: q̄ Metapontini teſtantur: qui in templo Mineruæ ferramenta quibus is equum troianum fabricauit oſtentāt ut ſeribit Iuſtinus. Legimus.n. in uita Sertori Troiam ter captam eſſe. Primum ab hercule ob Laomedontis equos. Deinde per ligneum equum ab agamennone. Tertio a Charidemo duce propter equum qui in porta conſiſtens iliensibus eam claudere uolentibus impedimento fuit. ¶ Vos quoq; phœbea morbos qui pellitis arte: medicos dicit quorum artis inuentorē alii Apollinem fuiſſe dicunt in Inuentum medicina meum. Alii Arabum Babylonis & Apollinis filium. Aegyptii eam apud ipſos repertam uolunt. ut Plynius ſcribit. ¶ Munera de noſtris pauca: ſenſus eſt: Offerte Veneri munus aliquod ex his quæ a nobis accipitis. ¶ Senſu fraudata magiſtri: quia ſæpe diſcipuli non recte intelligunt quæ magiſter ſentit & docet. ¶ Quiq; cœlum: & aſtrologum accipere poſſumus & ſculptorem. Sed magis placet aſtrologum accipi: quoniam autor ſubiungit. Quinq; facis dota mollia ſaxa manu. ¶ Mollia ſaxa: ſic Virgi. in. vi. æn. Excudent alii ſpirantia mollius æra. Facit enim ſculptor egregius: ut æra & ſaxa molliſſima uideantur. Horatius. Et molles imitabitur ære capillos.

Cerdo

Tyehi⁹ Epæus

Troia ter capta

Medicie inuētor

Mollia ſaxa

PAV. MAR.

¶ VELLERIbus quinq; pro tingendis: aut præcioſo liquore inficiendis pannis uaſa paras: ſacrificiis placata pallada. Verum ut Plynius inquit: qui ex italia infecere lanas ſardi: textilia ſuium in lanificio Cleitor filius aragnes inuenit Linum & retia aragne. Fulloniam artem nitias megarenſis. ¶ Nec quiſquam faciet bene uincula plante: nemo poterit bene facere calceos: ea enim ſunt plantarum uincula a uinciendo dicta: quia pedes uinciunt. ¶ In uita pallade: quaſi niſi pallas fauerit. Nam ſi illa aduerſa repugnat fruſtra laborauerit cerdo. ¶ Sit licet ille doctior Tytio. etiamſi eſſet in ea arte cerdonum omnium præſtantiſſimus. Aliqui legunt ſit batio doctor ex eo quod Plynius dicat batium inueniſſe Sutrinam Alii legunt pythio: quod qua ratione dicant neſcio. niſi referant ad apollinem ſandalarium. Ego autem legi. & qui me ſequuti ſunt. Idem fecere: ſit tytio. Propterea quod apud Porphyrium legimus: Tytium quendam fuiſſe optimum calceorum magiſtrum. Ergo ſi ſit ille tytio doctior: inuita pallade calceos non bene conſuet. ¶ Et licet antiquo: ſi quis fabrili arte: aut architectura præſtans Epæum architectum equi troiani ſuperarē ſi pallas irata ſit: exercere artem non poterit. ¶ Et collatus. q conferretur. ¶ Antiquo epæo ſit licet prior: quamuis eſſet ſuperior in peritia architecturæ. Epæus enim fuit fabricator equi troiani. Virgili. & Menelaus & ipſe doli fabricator epæus: & Cicero quoque aſſerit Plynius uero inquit: epæum inueniſſe equum ad troiam: qui nunc aries appellatur: immuralibus machinis. ¶ Erit mancus. quaſi manum ope carens aut imminutus: aut exercere ſuum munus nequeat. ¶ Irata pallade: ſi illa irata ſit: ergo id agendum ut placata ſit. ¶ Vos quoque phæbea: uos etiam medici libate palladi: ut medendi arte præſtare poſſitis. ¶ Qui pellitis ægrotos: & ab his morbos auertitis. ¶ Arte phœbea: arte apollinea. Nam apollo medice artis repertor traditur. ſed de hoc in primo dictum. ¶ Referte pauca munera deæ libate & offerte dona palladi. ¶ De ueſtris: muneribus ſcilicet. ¶ Nec uos Turba ſcolaſticorum ſcilicet. Pro his enim dictū eſt: qui ſub feris magiſtris nihil profecerunt. ¶ Fraudata. decepta. ¶ Senſu: ſentētia & peruerſa rerum intelligentia: ¶ Magiſtri feri: a feris minime differentis. indocti & inculti: ſine ullis moribus: aut feri crudelis. qui nimium diſcipulos cædat q̄ alienum debet eſſe a liberis & bonæ indolis. ¶ Spernite nolite uos aſpernari: & contemnere numen palladis. ¶ Attrahit: ad ſe trahit illa. ¶ Nouos diſcipulos: quia præeſt ſtudiis litterarum: & ingeniis fauet. ¶ Quiq; moues cœlum. alii ita dicunt. Nec ſpernas pallada tu aſtrologe. qui cœli motus perſcutatis. Alii quoniam ſubſequenter de pictoribus agit. pro ſculptoribus dictum putant. præſertim cum cœlum ſculptorum inſtrumentum ſit: ut illud; cœlo fabricata myronis. ¶ Verum quia ſubdit

Tytios eq troiā fabricator

Apollo artis medice repertor

Magiſtri feri dicti

poſtea de ſtatuariis:aſtrologos referrem.❡Et qui uris tabulam coloribus:hoc eſt qui uſtis coloribus tabulã pingis:nã magna pars colorꝝ ex aduſta materia fit:de quo late diſputat Plynius libro trigeſimo quinto

Statuarii ẽt colũt palladem

❡Et qui facis ſaxa mollia docta manu.Vos ſtatuarii:qui dura ſaxa in quancunq; uultis formam uertitis:ideo mollia dixit quod ad ſummum artificium refertur. præſertim.cum.& minima quæq; liniamenta:& tenuia in marmoribus referant.Ad id enim reſpexit:cũ & Maro dixit.Excudent alii ſpirantia mollius æra. & Mar.Molles laudentur honores.Ergo uos omnes colite pallada:& illi offerte munera.❡Mille dea eſt operum preæſt multis artibus & officiis:& operibus.❡Certe illa eſt dea carminis:quaſi præeſt & illa poetis ſcribentibus carmina.Si mereor adſit amica ſtudiis meis faueat mihi & ſtudio meo ſi dignus uideor: cui illa faueat.

Cælius ex alto qua mons deſcendit in æquum
  Hic tibi non plana eſt ſed prope plana uia eſt:
Parua licet uideas captæ delubra mineruæ
  Quæ dea natali cœpit habere ſuo:
Nominis in dubio cauſa eſt capitale uocamus
  Ingenium:ſolers ingenioſa dea eſt:
An quia de capitis fertur ſine matre paterni
  Vertice cum clipeo proſiluiſſe ſuo.
An quia per domitis ad nos captiua phaliſcis
  Venit & hoc ſignum littera prima docet:
An q; habet legem capitis quæ pendere pœnas
  Ex illo iubeat furta reperta loco:
A quacunq; trahas ratione uocabula Pallas
  Pro ducibus noſtris œgida ſemper habe:

ANT. FAN.

Mineruæ captæ ædes

❡CAELIVS ex alto qua mons deſcendit in equum: Aedes Mineruæ capite fuit ad radices montis cælii ſic dicte uel ob eius ingenium quod capitale:ideſt ſolers creditur:uel quod uictis Faliſcis imago eius captiua romam tranſlata eſt:uel q; ex hac æde quicunq; deprendebatur furto aliquid abſtuliſſe capitis pœnas pendere lege cogebatur:uel q; de capite iouis nata dicitur tempore quo pindarus ex fabula auro inquit pluiſſe in inſulã Rhodon Licet quidã uoluerint,teſte Herodoto Mineruam eſſe neptuni ac paludie tritonidis filiam:Vnde

Tritõia

Tritogenia ſiue tritonia dicta eſt autore Lactantio grammatico. Alii tamen Tritoniam

Tritogeniam

dictam putant quia cum ſit dea ſapientie in partes tres diuiditur:intelligentiam præſentium. Prouidentiam futurorum ac memoriam præteritorum. Feſtus Tritogeniam dictam tradit

Alalcomeniam

a ripa tritonis fluminis q; ibi primitus uiſa ſit. Diodorus uero Cretæ fluuium inquit eſſe tritonẽ ubi minerua orta eſt quam deam & Alalcomeniam dixerunt:ut ait Strabo ab Alalcomenis oppido ubi quidam eam natam uoluerunt.Fingitur autem nata de iouis capite:uel quia naturæ ratione prudentia omnis in capite eſt.Vel quia

Vñ nata ẽ pallas etiã uñ ſint gnqtria

uirtus Solis humanis mentibus prudentiam ſubminiſtrans quam per mineruam accipimus ut ſcribit Porphyrius teſte Macrobio edita eſt de ſumma ætheris parte:ac nulla rerum corporearum admixtione ab ipſo ioue:ideſt a deo intellectum accepimus.Cicero autor eſt quinq; mineruas fuiſſe: quarum tertiam e ioue tantum genitam refert:qui cum iunonem uxorem ſuam ſterilem intueretur concuſſo capite Mineruam dicitur edidiſſe.❡Natali ſuo:primo quinquatruum die quo deam natam uolunt.❡Cum clipeo ſuo:ut intelligas palladem etiam bellis præeſſe.Hora.Proximos illi tamen occupauit pallas honores prælius audax ſignificat autem ægida quamuis & ſit ægis eius pectoris munimentũ.❡Signo:nota.C.littera quæ i principio eſt & captiuæ & capite.❡Furta:figurate furta pro furibus ac ſacrilegis ponit.

PAV. MAR.

❡CAELIVS ex alto:in cælio monte apud radices templum erat Palladis captæ:quod illi conſecratum eſt ſuo natali:hoc eſt primo quinquatri die.Eõ enim nata eſt:ut diximus.Sed cur capta dicatur:a ucupatur

Immago palladis aduecta ẽ romã captis phaliſcis

quattuor cauſas.Prima uel quia dea ingeniorum eſt.& ingenium eſt in capite:uel quod e capite iouis exilierit.& a capite capta dicatur.Aut quia eius ſimulachrũ e captis phaliſcis Romam aduectum eſt: aut q a capite plectatur:qui ex eius tẽplo quid ſurripiat.Ego autem niſi a detractoribus leſæ maieſtatis arguere:dicerem captam mineruam:quod illi eo die:eo in loco legitime conſtituto autoritate ſenatus a pontificibus conſecrato:potiſſimo ſacrificetur.Nam Pom.Feſt.teſte captum locũ dicimus ad ſacrificandũ legitime cõſtitutum.❡Licet quãuis.❡Videas parua delubra templa.❡Mieruæ captæ:ſub appellatiõe captæ Palladis conſecrata.❡Qua mons cælius:de quo ſupius diximus in hoc libro. ❡Deſcẽdit ex alto in equum: quaſi uergit ex ſũmitate in planũ.❡Hic ubi uia nõ eſt plana non eſt oĩno plana:ſed in ipſo montis cliuo. ❡Sed prope.q̃ſi ❡Plana & locũ indicat prope radices.❡Quæ templa. ❡Dea:pallas.❡Cœpit habere ſuo natali:non ab initio:ex quo nata eſt:ſed ea die menſis mar.qua olim nata eſt:hoc eſt ipſo die quinquatro:ut paulo ſuperius.cauſa q; eſt illa nata minerua dic: ❡Cauſa nominis eſt in dubio:licet tu uideas templa:tamen cauſa cur capta minerua dicatur dubia eſt.❡Vocamus capitale ingeniũ ſolers:diligens ingenium capitale dicitur:q' in capite ſedem habeat:ubi eſt ipſa mens & memoria ingenioſa dea eſt.nã &

Solers ĩgenium dr̃ capitale proprie

ingenio ualet:& ingeniis præeſt:ideo a capitali ingenio capta minerua dici potuit.❡Aut quia fertur:dicitur.❡Proſiliiſſe ſaltu prodiiſſe.❡Vertice paterni capitis:e cerebro iouis.quod ĩ ſũmo capite eſt.❡Sine matre:ſine uſu matris.❡Cum clypeo ſuo eum ægids ſua. Nã ægie pro ſcuto accipi poteſt:ea ratione.q' ſcuta caprino corio decocto tegebãtur:& ægea capta dicitur.Verum defertur:Amaltheæ capræ mortuæ iuppiter corium detraxit:Mineruæ quæ cuſtodiendũ dedit:quo illa ſcuto texit. Inde dicunt fuiſſe ægidis appellationem.Sed honoratus inquit.Aegida munimentum pectoris eſſe:habens in medio gorgonis ca

put.Romæ tamen eum ſimulachrum Palladis tam in pectóre q̄ in ſcuto caput gorgonis habens.Et Higinus teſtatur caput illud in pectore habere.At quia cum clipeo proſiliit e capite capta dicta.¶ Clipe⁹:ſcutum a τύφω deductum ꝙ in ſculpo.nam ibi imagines ſculpebantur. Vnde Plynius. Scutis enim qualibus caput troiam pugnatum eſt: continebantur imagines: unde nomen habuerunt clypeorum: non ut peruerſa grammaticorum ſubtilitas:uoluit a cluendo deduci.cluere enim pugnare eſt. Aut quia pro domi.Vel quia ſimulachrum eius ſubactis romano imperio phaliſcis:tanq̄ captiuum mancipium aduectum eſt:& inde capta Minerua dicta.¶ Aut quia uenit ad nos:in urbem.¶ Captiua:imago tanquam captiua delata ¶ Perdomitis phaliſcis cũ uicti ſubactiq; eẽnt:phaliſci:de qbus primo libro diximus: & hoc ſigno hac nota captiuæ ſcilicet.¶ Docet prima littera.nam.c.inde capta a captiua dicta: aut a captis phaliſcis.¶ An ꝙ habet:ultima cauſa ꝙ capite luitur:furtum in eius:templo commiſſum: ſeu receptum ex eodem. inde eſt & capitale facinus:ut Pom.ĩquit:ꝙ capitis pœna luitur & eodem teſte Capitalis lucus:ubi ſi quid uiolatum eſt:caput uiolatoris expiatur.¶ An:capta:ſcilicet Minerua dicitur.¶ Quod habet legem capitis:quæ capite plectat.¶ Quæ lex.¶ Iubet furta recepta colo:ſures:qui inde aliquid receperint.uel ſurripuerint.¶ Pẽdere poe.dare pœnas ſacrilegii:& ſic capite plecti.¶ Furtum ut iur.con.placet eſt cõtrectatio rei alienæ inuito domino.¶ O pallas a qua ra.a quacũq; cauſa.¶ Trahis uoca.diceris Minerua capta.¶ Habe ægida:habeas & paratum teneas clypeum tuũ.¶ Pro duci.no.pro ſalute ducum noſtrorum Tyberii & germanici:quaſi protegas ſemper eos.

Clypeꝰ a uerbo γλυφω.i. ſculpo: ñ a κλεπτω.i. occulto dicitur

Noia palladis

ANT. FAN.

Summa dies e quinq; tuba luſtrare canora
Admonet e forti ſacrificare deæ:
¶ Nunc potes ad ſolem ſublato dicere uultu:
Hic here phryxeæ uellera preſſit ouis.

¶ TVBAM Luſtrare canoram: Sunt qui legant tutuba luſtrare canora:exiſtimantes conſueuiſſe Romanos hoc tempore tubarum cãtu luſtrare uniuerſam ciuitatem ultimo uidelicet quinquatruum die quod quidam non indocti olim nobis pueris tradiderunt: Nos autem legendum eſſe nõ dubitamus.¶ Tubam luſtrare canoram: quamuis enim luſtrarentur & aliis temporibus tubæ c uerbis Feſti & Pompeii colligitur: qui ait Tubiluſtria dies uocari in quibus agna tubas luſtrabant: ubi ſi de ultimo Quintrium die loqueretur non dies ſed diem diceret:tamen & hoc tempore ſacrorum tubæ in atrio ſutorio luſtrabantur. Lege Varronem quem uidebis quinquatriu. tubiluſtri um ſine medio coniunxiſſe. Nouimus autem mortuos ad tubam deduci conſueuiſſe autore Seruio cum iuberet religio(teſte Lactantio grammatico)ut maioribus tuba minoribus tibia caneretur. Quare tubarum luſtratio neceſſaria uidebatur. Sunt & qui putent Armiluſtrium hic accipi oportere. quod non placet ideſt feſtum quo res diuinas armati faciebant dum ſacrificarent tubis canentes:Sane tubæ interdum cornua uocantur:quia.quæ nunc ex ære ſunt fiebant ex cornu bubulo. Virgil. Rauco ſtrepuerunt cornua cantu.¶ Hic here phryxeæ uellera preſſit ouis.Heri & here idem eſt. Iuuenalis. Res hodie minor eſt here q̄ fuit. Donatus autor eſt non dubitaſſe antiquos propter cognationem e & i litterarum here & heri.item mane & mani.ueſpere & ueſperi dicere. Tu autem lector caue ne heri aduerbium hoc loco te fallat & ducat in deuia Non enim accipere debemus diem qui tubiluſtrium antecedit hoc eſt penultimum quinquatirum diem qui eſt decemo calendas Apriles: ſed qui eſt ante ipſas quinquatrus hoc eſt diem.xix.huius menſis ſi enim putares fieri poſſe ut penultimo.Quinquatruum die.i.x. calendas Apriles Arietem tranſitum faceret quem ſupra legimus.xiiii.calendas Martias iniiſſe piſcium ſignum.proculdubio fateris ſolem quinq; ac triginta dies fere in piſcibus abſumpſiſſe: quod ſi eſſet Solſtitialis annus conſtaret diebus pene.xx.ſupra.cccc.cum & reliquis ſignis zodiaci nullum non tantumdem ſibi temporis uendicaret. Dicendum igitur eſt.xiii. calendas Aprilis Solem tranſire in Arietis ſignum quæ pars zodiaci ad naturam Solis refertur ut macrobius ſcribit.Aries enim quia græcis crios dicitur p ſex menſes hibernales ſiniſtro incubat lateri ab equinoctio uerno ſuper dextrum latus ſicut & Sol ab eodem tempore dextrum hemiſperium. reliquo ambit ſiniſtrum. Conſtat autem hoc ſignum decem & ſeptem ſtellis quod una cum Sagitario Cleoſtratus primũ intellixiſſe dicitur: qui precipit & cætera ſigna zodiaci primus omnium autore Plynio. Fabulantur nonnulli Arietem qui traiecit phryxum hunc eſſe qui inter ſigna primum obtinet locum:Alii tranſlatum in cœlum uolunt Arietem qui Baccho exercitum ducenti per exuſta Libye fontem monſtrauit.Eſt ſane Aries calidus & humidus. qui cum ſolem recepit incipit fieri generatio.Vnde inter ſigna zodiaci meruit principatum.

Nota textum uarie ex poſitum

Tubiluſtrium

mortui ad tubã deducebantur

Armiluſtrium

Here

Sol i ori entẽ x.i. ca.apri.

Arietis ſignum

Aries pricepſ ſignorũ

Nota cauſam

PAV. MAR.

¶ SVmma dies.ultima dies.ut in heroid.Hæc tibi prima dies:hæc tibi ſumma fuit.i.ultima.¶ E quinq; diebus:ſcilicet.¶ Admonet lu.circuere:& expurgare populum.¶ Tuba ca.reſonãti.¶ Et ſacri deæ for. Palladi armorum præſidi.¶ Nunc potes ad ſolem.xi.calen.apri.Sol relictis piſcibus init arietem:qui quidem aureum uellus habuiſſe dicitur.Eo Phryxus in colchos delatus eſt.Athamas enim Thebanus phryxum & hellem genuit ex Neiphyle coniuge:qua ſublata Ino Cadmi filia uxor adducta eſt: quæ cum nouercali odio priuignos ĩſectaretur:Toſta ſemina:ne naſcerentur agricolis dabat.Sequuta eſt annonæ caritas.Miſſum eſt delphos ad oraculũ:ad petendã opẽ:qui acceſſerat corruptus:rettulit Phryxũ & hellẽ imolari debere.cũq; ad arã mactandi uelati conſtitiſſent.a Neiphyle matre ſupinducta nube rapti ſunt.Datus aries quo fugerent.Helle in mare decidit.& ab ea Helleſpontus dictus:ſed a Neptuno cõprehenſa pœna

Ino filia cadmi dabat ſemina toſta agricolis pp phryxũ & hellẽ occidendos

Hermippus aries amodes dictus priceps ſignorũ

procreaſſe fertur. Nonnulli œdonum dixerunt: Phryxum præterea incolumen ad æetam perueniſſe uolunt & arietem ioui immolaſſe pellemq; in templo fixiſſe: & arietis ipſius effigiem ab ioue inter ſydera conſtitutam. Eratoſthenes ait arietem ipſum ſibi pellem auream detraxiſſe & phryxo memoriæ cauſa dediſſe & ipſum ad ſydera perueniſſe: alii aliter dicunt: quorum opiniones ab Higinio referuntur. Hermippus ait Liberum oppugnantem aphricam deueniſſe in eum locum: qui a puluere Hammodes dictus eſt: cum in diſcrimine eſſet: & aquarum penuria: & ob id defectione militum. Aries quidem errans ad milites peruenit: quos cum uidiſſet: cœpit fugere. Milites prædam petentes ſequi cœperunt uſq; ad eum locum qui poſtea conſtituto templo Iouis Hammonis eſt appellatus: ibi arietem nuſquam inuenerunt: Sed ꝙ magis erat optandum: aquæ magnam copiam nacti ſunt corporibuſq; recuperatis: libero ſtatim nunciauerunt qui gauiſus eo exercitum deduxit. Iouis hammonis templum cum arietis cornibus ſimulachro facto conſtituit. Arietem inter ſydera figurauit: Ita ut cum ſol in eius foret ſigno: omnia naſcentia recrearentur. hac de cauſa ꝙ illius fuga liber recreauit exercitum. Duodecimq; ſignorum principem eſſe uoluit. Adducitur & alia fabula de hammone quodam: qui pecorum multitudinem ad liberum adduxerit: & ob id illi dediſſe agrum contra thebas ægyptias: & hammonis ſimulachra inſtituta capite Cornuto: ut homines memoria teneant. cum primum pœnis oſtendiſſe Arietem memoriæ cauſa inter ſydera fixum dicunt: qui quidem in equinoctiali circulo conſiſtens, caput ad exortum habens: uerſus occidens primis pedibus: & exoriens caput infra triangulum ꝙ deltoton uocant: teges collocatum: pedibus prope contingens caput

Fabula phryxi & helles

piſtricis. Poeta nunc fabulam ipſam refert: quam aperte loco rettulimus. ¶ Inus: ſcilicet nouercæ phryxi. que cum aperte fabula uideatur. Princeps tamen aſtrologorum Ioannes germanus familiariſſimus noſter: omnia ad effectus ipſius arietis refert id facit in omnibus ſignis: ut non ſine cauſa a poetis ficta eſſe uideantur: quæcunq; de his fabuloſa referuntur. ¶ Nunc: in hoc ultimo die quinquatrium. ¶ Potes tu o germanice. ¶ Sublato: eleuato. ¶ Vultu ad ſolẽ dicere. ¶ Hic. ſol. ¶ Here: pro heri: ut apud Iuuena. ¶ Res hodie minor eſt here quam fuit. ¶ Preſſit: premere incipit. Vellera ouis phryxeæ uellera arietis: qui phryxum in colchos tulit: non enim fuit ouis: ſed aries Ergo cũ geri dicat. & meminerit ultimæ diei quinquatrium. debemus intelligere penultimum diem ipſorũ feſtorum: ſic erit. xi. calen. apri. hoc eſt. xxii. die martii. ¶ Herba ſuſtulerat nullas comas quaſi nulla herba ex frumenti ſemine eruperat e terra. ¶ Vt Solet. ſurgere: ſcilicet ex omni ſemine.

Seminibus toſtis ſceleratæ fraude nouercæ
Suſtulerat nullas ut ſolet herba comas
Mittittur ad tripodas certa qui ſorte reportet
Quam ſterili terræ delphicus edat opem:
Hic quoq; corruptus cũ ſemine nunc at helles
Et iuuenis phryxi funera ſorte peti:

ANT FAN.

Phryxi & helles fabula

¶ SEMINIBVS toſtis &c. Ino cadmi filia ut diximus ſupra & uxor Athamantis regis Thebarum priuignis exitium parans ægit eum matronis ut frumenta ferenda torrerent. Eadem liberi patris nutrix fuiſſe dicitur ut meminit. Statius in ſiluis. qui deus cum phryxo & Helle inſaniam obieciſſet. & illi in ſilua errarent ex hibitus eis eſt a matre nephele quæ nepheli a græcis dicit: Aries aureo uellere inſignis quem cum aſcendiſſent Aries eos in pelagus detulit Helle lapſa nomen pondo dedit quem dicimus Helleſpontum. phryxus in colchos ad regem Aeetem trãſit ibiq; Arietem ut mater præceperat immolauit. pellemq; auream Martis templo dicauit. quã iaſon cum argõnautis petiiſſe dicitur. quamuis nonnulli ſcribant eam eſſe in orchemeno quod oppidum eſt Boetiæ ex quo Myniorum familia in theſſaliam commigrauit a quibus argonautæ Myniæ ſunt appellati. Orpheus autor eſt argonautas fuiſſe quatuor & quadraginta. quos illi quiquaginta fuiſſe dicunt. alii.

Myniæ

lx. Multa hoc loco ex fabulis referre poſſumus quæ cum ſint pene omnibus nota libet ſilentio præterire. ¶ Ad tripodas: Quod græci tripis dicunt nos dicimus tripos: quæ mẽſa præmium uirorum fortium fuit ut quibuſdã placet pp tertii pedis adminiculum quaſi illi nõ bipedes ſed tripedes fuerint: quod nobis compertum non eſt. Erant autem tripodes (autore Seruio) menſe in templo Apollinis delphici quibus ſuperpoſite phœbades uaticinabantur. ¶ Corruptus cum ſemine: A nouerca Phryxi & Helles corruptus quemadmodum & ipſa per matronas frumenta ferenda corruperat.

Tripos

PAV. MAR.

¶ TOSTIS ſeminibus. propter toſta hoc eſt decocta ſemina. ¶ Fraude ſceleratæ nouercæ. dolo inus uxoris Athamantis. nouercæ Phryxi & Helles ¶ Mititur ad tripodes: ad oraculum Apollinis delphici. nã tripodes menſæ fuere in templo Apollinis quibus ſuperpoſite phœbades uaticinabantur. unde apud Lucanum in quinto ſenſit tripodas ceſſare furens Appius. & poſtea tandem conterrita uirgo. Confugit ad tripodas & paulopoſt. Cuſtodes tripodis fatorum arcanaq; mundi. Tuq; potens ueri pæan. & paulopoſt. Et ad phœbi tripodas redire futura. Qui reportet certa ſorte. certo oraculo ſeu reſponſo ut paulo ſupius dictum in eo uerſu Sors erat æternos uincere poſſe deos. ¶ Quã opem. quod auxiliũ. ¶ Delphicus: Apollo delphis qui ſunt ad auſtrales latus parnaſi. ¶ Edat dicat. ¶ Sterili terræ. ut ſterilitati terræ remediũ adhibeatur non tamen erat terra ſterilis. ſed ſemina decocta erãt cauſa ſterilitatis. qui fructum non proferebant. ¶ Hic quoq;. qui miſſus eſt oraculũ fuerat. ¶ Corruptus. ab ipſa nouerca ¶ Nunciat petit ſorte ab ipſo oraculo. ¶ Funera phryxi iuuenis. mortem phryxi. ¶ Cum ſanguine Helles. cum morte etiam ſororis aliqui legunt hic quoq; corruptus cum ſemine tunc intelligas corruptũ nuncium a nouerca uri & corrupta dabat agricolis ſemina nunciaſſeq; peti & mortem Helles & phryxi iuuenis.

De phrixo & helle

¶CIVES: Thebani quibus fames tantum præſtabat audaciæ ut regem contemnerent:quia neſcit plebs ieiunia timere. ¶Compulerant regem iuſſa nefanda pati: Cogebatur ex Athamas'filios immolare ꝙ ita iuſſiſſe putabatur oraculum. ¶Vt forte pependerat æthera mater. Quia Nephele ipſa eſt nebula nam & nephos nubes & nephili ut diximus nebula eſt. ¶Draconigenam urbem. Thebas ob dracone͂ a Cadmo interfectum e cuius dentibus nati opem tulerunt Cadmo urbi ædificandæ: ut Hos habuit comites operis ſidonius hoſpes cum poſuit iuſſam phæbeis ſortibus urbem. ¶Nimbis comitātibus. Quia nimbi ſiue hymbres a nubibus fiunt recte nephelen comitantur. ¶Per freta longa:helleſpontū: ut longe deus helleſponti. ¶Eius longitudō eſt a tenendo in propontidem. ¶Gemini periculi:Immolationis.& tranſitus Helleſponti. ¶Ceruleo deo Neptūo cui⁹ helle nympha eſt Lege iginum qui eam fabulatur a neptuno fuiſſe cōpreſſam. ¶Peruenit in colchas aurea lana domos: Ad Aretam regem Colchorum qui in Scythia ſunt qua labitur phaſis. Ferunt arietem ſibi pellem auream detraxiſſe ac dediſſe Phryxo cauſa memoriæ eum ꝙ ad ſidera perueniſſe.

ANT. FAN.

Nephele mater phryxi & helles a neptuno compreſſa

Vſque recuſantem ciues & tempus & ino
Compulerant regem iuſſa nephanda pati
Et ſoror & phryxus uelati tempora uittis
Stant ſimul ante aras iunctaq; fata gemunt:
Aſpicit hos ut forte pepēderat æthere mater
Et ferit attonita pectora nuda manu
Inq; draconigenam nymbis comitantibus urbem
Deſilit & natos eripit inde ſuos:
Vtq; fugam capiant aries nitiſſimus auro
Traditur ille uehit per freta longa duos:
Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra
Fœmina cum de ſe nomina fecit aquæ:
Pene ſimul periit dum uult ſuccurrere lapſæ
Frater & extentas porrigit illa manus:
Flebat ut amiſſa gemini conſorte pericli.
Cæruleo iunctam neſcius eſſe deo:
Littoribus tactis aries fit ſydus & huius
Peruenit in colchas aurea lana domos:

PAV. MAR.

¶CIVES: Thebāi ſcilicet ꝓpter Annonæ caritatem: ¶Et tempus ipſa ſterilitas tēporis:eum uideretur ꝓuenire ex aeris intemperie. ¶Et ino:nouerca. ¶Compulerant:q̄ſi iam coegerāt. ¶Regē Athamantē. ¶Vſq; ſemper recuſantem iuſ.ne.pa.pati filiorū immolationem.quam ab oraculo iuſſam arguebant:licet ille ſemper recuſaſſet.tandem pati coactus eſt. ¶Et Soror & phryxus uelati tēpora uittis:Helle miſera cū phryxo fratre habentes frontem uittis uelatam.ut moris eſt ī ſacrificiis talib⁹.ut apud Virgilium:Vitteq; deum:quas hoſtia geſſi. ¶Stāt ſimul aῆ aras ubi erant immolandi: ¶Et gemunt facta iūcta:iunctam & eandem mortem: quia ſimul mactabātur. ¶Mater nephile mr̄ Phryxi & Helles. ¶Aſpicit hos:Phryxū & Hellē. ¶Vt:ſicut. ¶Forte pependerat aeere.& recte.pepēderat aere.quia conuerſa in nebulam in aere pēdet:& νεφελιι nebula eſt. ¶Et ferit pectora nuda:pulſat nuda pectora. ¶Manu attonita:nā ipſa attonita filiorū caſu. ¶Et ¶Deſilit:deſcendit. ¶In urbem draconigenā:thebis:in boetia:quas Cadmus poſuit:qui in eo loco draconem interemit:ex cuius ſatis dantibus nati ſunt:qui Cadmum in ea urbe condēda iuuerunt:ideo draconigenæ dicte quamquam & autor:hoc eſt ipſe Cadmus in draconem mutatus eſt:unde & alii draconigenam dictam urbem putant. ¶Comitantibus nymbis:hymbribus.qui inductam nubem comitati ſunt: quandoquidem hymbres ab ipſis nubibus emittuntur. ¶Et eripit ſuos natos:Phryxum & Hellem. ¶Inde ab ea ara:ubi mactandi erant. ¶Et ut capiant fugam ut nouercæ inſidias effugiant. ¶Tradit̄ aries auro nitiſſimus:datur illis aries aurei uelleris. ¶Ille:aries. ¶Vehit duos:fert Phryxū & Hellem. ¶Per freta longa:per maria ipſa. ¶Fœmina Helle. ¶Dicitur tenuiſſe cornu ſiniſtra infirma:non firma ſiniſtra manu:quia non ualida:quemadmodum dextera:ideo ex ariete ipſa delapſa.eſt. ¶Cū fecit nomina aquæ de ſe.cum ab occaſu ſuo dictus eſt hellespontus: hoc eſt pontus helles mare illud anguſtum inter ægeum: & propontida: ubi totiens felieiori tempore congreſſi cum hoſte ſumus. ¶Dum frater.Phryx. ¶Vult ſuccurrere lapſæ:ferre opem ſorori.quæ ceciderat in aquas. ¶Et dum uſq; porriget extentas manus:dum extendebat illi manus:ut eam iuuaret. ¶Pene quaſi. ¶Periit ſimul.cum illa.nam & ipſe in periculum fuit decidendi in aquas. ¶Flebat:phryxus. ¶Vt amiſſa conſorte:ſorore.quæ in eadem ſorte fuerat. ¶Gemini pericli:quia in eodem ambo periculo fuerāt. ¶Neſcius ipſe phry. ¶Iunctam ſororem eſſe cōiunctam ¶Deo ceruleo:neptuno cerulei maris deo nam decidens illa ab eo comprehenſa & in nympham mutata:unde in argonauticis. ¶Vittaq; conſtitit helle:Iam panopes thetidiſq; ſoror. ¶Tactis littoribus:poſtquam appulit littori phryxus. ¶Aries fit.ſydus:quia detracta ſibi pelle:cœlo locatus eſt & inter ſydera relatus. ¶Et aurea lana huius:aureum ipſius arietis uellus. ¶Peruenit in colchas domos.ad æetem Regem colchorum:Colchi in ſcythia accolæ phaſidis finitimi Eniochis:unde Iaſon poſtea uellus eripuit. Tres ubi luciferos:ſeptimo calendas Aprilis hoc eſt uigeſimoſexto die Martii. eſt æquinoctium uernum Verum Florentinus princeps inquit uernum æquinoctium eſſe octauo calendas April. Autumnale octauo calē. octob.exigua tamen differentia ex unius ſolum diei. ¶Vbi poſtquam. ¶Veniens eos. Veniens aurora. nam ηως aurora eſt. ¶Præmiſerit:antemiſerit.

Cadm⁹ in draconem uerſus tādē

Helleſpontus a nomie helles ibi ſubmerſe

æeta rex colchorum in ſcytia

ANT. FAN. æquinoctiũ uernũ.vii.cal.apriles æquidiali Eos

℃TRES ubi luciferos ueniens præmiſerit eos. ℃T pa nocturnis æqua diurna feres.vii.ca.apri.erit æqnoctiũ uernũ:quod ſm Mac.Ply.& Colu.eſt ad.viii.cal.apri.quẽ diẽ Phryges hilaria appellabãt celebrantes lætitiæ exordiũ cũ ſperarent diẽ nocte lõgiorem Romani(autore Feſto)utrũq; æqnoctiũ equidiale dixerunt cũ nox diei potius q̃ dies nocti annumerari debeat:quẽ tẽpora raro nõ aliquos tempeſtatũ ſignificatus habent teſte Plynio. Tres autẽ Luciferos accipe non a principio:ſed a quinquatriũ fine tubiluſtrió in eo numero cõprehenſo. Sane eos aurora eſt quæ a græcis ios dicitur. Vnde nos i in e longã uertentes eos dicimus & accipimus aliquãdo a parte totum:hoc eſt ab aurora diem quod & græci faciunt:ut

Tres ubi luciferos ueniẽs; p̃miſerit eos:
Tẽpora nocturnis æqua diurna feres
Inde q̃ter paſtoꝛ ſaturos ubi clauſerit e-
Canuerint herbæ roꝛ recẽte q̃ter(dos
Ianus adorãdus cũ quo cõcordia mitis
Et romana ſalus:araque pacis erit:
℃Lũa regit mẽſes:hui⁹ quoq; rpa mẽſis
Finit auentino luna colẽda iugo.

Quod nos uerbum uerbo nõ reddentes ſic latinum fæcimus: multum uenturi ſpes credula uendicat æui Multa ſed extremus tuncat amiee dies. ℃Inde quater paſtor ſaturos ubi clauſerat ædos. Tertio calen.apri.iano concordiæ ſaluti ac paci rem diuinam faciebant.quæ numina apriſſime cõnectuntur.

Iano cõcordiæ ſaluti ac paci res diuina fit.iii.calẽ.apri.

Prudentia enim quam iano tribuunt concordiam facit:concordiam ſalutem & pacem. Multæ autem ædes concordiæ Romæ a multis dicatæ ſunt Lege Suetonium.Liuium.Plutarchum & Appianum. Ab æde ſalutis dicta eſt porta Salutaris quæ ei fuit proxima. Romanam autem ſalutem uocat quod pro incolumitate po.ro.ei ſacra facerent. ℃Auentino luna colenda iugo. Pridie calen.apri.Dianæ in auentino res diuina fieri conſueuit quo in monte Seruius Tullius Latinis populis perſuaſit ut exemplo eorum qui Dianæ epheſiæ ædem feciſſent & ipſi ædem Dianæ ædificarent:quod fecerunt. Vnde illud eſt. Quæq; auentinum tenet algidumq; quindecim diana preces uirorum caret. Et illud. Phillis auentinæ quædam eſt uicina dianæ. Hanc deam auentinam nonnulli uolunt Lucinam dictam cum dianam ſiue lunam palatinam noctilucam uocarent.quod in palatio(ut autor eſt Varro)eius templum noctu lucere. Suſpendebatur in hac æde boum cornua non ceruorum quod ibi Seruius Rex decepto quodam antrone corutio bouem inſigni ſpecie ac pulchritudine dicitur imolaſſe: & eius cornua templo affixiſſe ut iuba ſuis monumentis mandauit. Dianæ auentinæ ſimulachrum(ut ſcribit Strabo)Romani eodem modo diſponentes apud Maſſilienſes collocarunt:qui aliquando ſumma fœlicitate ex Ro.po.amicitia floruerunt Puir & Romæ templum Dianæ in angiportu qui patricius dicebatur cuius ingreſſu uiri abſtinebant ut Plutar.in quæſtionibus tradit.

Lune feſtum pridie calẽ. Diana auẽtina Diane templũ in angiportu

PAV. MAR.

℃TRES luciferos:tres dies ab ipſo lucifero:ſit numeratos triduũ ab ultimo die quinquatrium hoc eſt a.xxiii.dii martii erit.xxv.dies:deinde ſequentem oſtendit:ſic.xxvi.die erit æquinoctium. ℃Feret.ipſa aurora. ℃Tempora diurna:æqua nocturnis.hoc eſt diem adæquabit nocti:ſic erit æquinoctium. ℃Inde q̃ter:Quarto die:poſt noctu numerata die equinoctii:ſed quattuor ſequentibus diebus erit feſtum iani.cõcordiæ ſalutis& pacis.quoniam his eo die ſacrificatur. De iano concordia & pace dictum eſt in primo libro. Salutis autem ædes erat apud portam ſalutarem:de qua Pom.Feſtus Salutaris inquit porta: appellata:eſt ab æde ſalutis quæ ei proxima fuit & Var.inquit:Collis ſalutaris quatriceps os aduerſum eſt pyloris ædem ſalutis.& Tranqu.inquit de auguſto loquens Nonnulla etiam ex antiquis cerimoniis paulatim aboleta reſtituit:ut ſalutis augurium:diale flaminum &c. ℃Inde ubi:poſtquam. ℃Paſtor quater clauſerit hædos ſaturos:ueſperi quater reduxerit e paſcuis:& incluſerit capellas. ℃Et herbæ quater canuerint albeſcent. ℃Rore recente:gelido. Hac periphraſi a reductione cappellarum & rore:ueſpertium:& matutinum tempus ſignificat quatèr:ſic quattuor ortus & occaſus.ergo poſt quatriduum.hoc eſt.xxx.dies martii.Ianus erit adorandus.ſacrificandum erit Ianó. ℃Cum quo iano. ℃Erit mitis concordia adoranda.ſ.& illi eſt immolandum. ℃Et ſalus romana:nam in æde ſalutis pro ſalute populi erecta litãdum. ℃Et ara pacis:ubi etiam peragenda eo die ſacrificia. ℃Luna regis menſes:pridie calen.apri.hoc eſt ultimo die martii feſtum eſt Dianæ:cui in auentino ſacrificatur. Seruus enim Tullius ſextus ro.rex.Latinorum populis perſuaſit uti exemplo eorum:qui Dianæ Epheſiæ ædem feciſſent: & ipſi ædem Dianæ in auentino ædificarent: Quo effecto bos quædam Sabino miræ magnitudinis nata eſt: reſponſum datum eum populum ſummam imperii habitudinem. cuius ciuis bouem illam immolaſſet: Sabinis bouem in auentinum egit. & cauſam ſacerdoti ro.expóſuit. Ille callidus dixit prius eum uiuo flumine manus abluere debere. Sabinus dum ad Tyberim deſcendit. Sacerdos ro.bouem immalauit. Ita imperium ciuibus: ſibi gloriam facto conſilioq; quæſiuit &c. ℃Luna regit menſes de hoc a principio diximus q menſes a luna computantur & principia menſium illi ſunt conſecrata.cum eandem iunonem & lunã eſſe putarent. ℃Huius quoq; menſis martii. ℃Finit tempora:nam ultimus dies eſt illi ſacer. ℃Luna hoc eſt ipſa Diana. ℃Et colenda iugo auentino:in monte auentino:ubi eſt illi templum a romanis pariter.& Sabinis erectum;eſt igitur eo die Dianæ ſacrificandum.

Concordia & ſalus & pax

Tẽplũ lunæ in monte auẽtino

Finis Tertii Libri.

INTERPRETATIO Quarti Libri per Antoium Fhanenſem & Paulũ Marſum Poetas Laur.

ANT. FAN.

ALMA fa.di.ge.mr̃ amo. Nõ recte ſenſit Erathoſtenes q̃ poemata ad mẽtẽ & ĩtelligẽtiam in ducendã nõ cẽſuit: pinde ac poetæ oẽs nõ docẽdi ſed oblectãdi gr̃a ſcripſerit: Cũ ↄtra ſapiẽtiſſimi uiri primũ q̃dã ph̃iã poeticã eẽ dixerit & Homeri poema nihil eſſe aliud q̃ ſtudiũ ſapiẽtiæ. Vñ poetaꝝ figmẽta nõ ſunt ſemp accipiẽda ſimpl'r: ſed altiꝰ ĩſpiciẽda q̃ q̃dã opinẽt. ut ecce q̃d ad hũc locũ attinet: Igneũ ſemẽ e cœlo cecidiſſe ĩ mare poetæ finxerũt & Venerem natã e ſpumis: quo nihil aliud ſignificarunt q̃ ignẽ & aquã duplicẽ cãm eẽ naſcẽdi uñ aries calidus & humidus ut dictum eſt inter ſigna zodiaci obtinuit principatum: quem tñ multi calidum eſſe atq; aridum tradunt. eam ob cãm maiores nr̃i Aprilẽ mẽſem quo nitent arua ſegetibus prata herbis: arbores foliis: & ex coniunctiõe ignis & hũoris oĩa pcreanẽ Veneri dicauerũt. Eũq; menſem fuluius & Iunius Gracchꝰ teſte Varrõe: aliiq; nonnulli quaſi Aprilẽ noĩatũ exiſtimarunt a ſpuma quam græci aphron uocãt unde aphrondite uenus a græcis dr̃ quã noſtri Cæligenã uocarẽ ut idem Varro autor eſt: q̃uis Plutarchus in Numa ideo Aprilem a uenere dixerit noiatum q̃ eo menſe & deæ ſacrificant & ad calendas mulieres lauant myrto coronatæ. Cigius aũt in libro quẽ de faſtis reliquit (ut ſcribit Macrobius) ait ĩpite quoſdam opinari antiquos hũc menſem a uenere noiaſſe cũ nullus dies feſtꝰ nullũq; ſacrificiũ inſigne ueneri p hũc mẽſem fuerit cõſtitutũ: cui Cingio Varro cõſentit affirmãs ueneris nomẽ ne ſub regibus quidem apud Romanos Latinũ uel græcũ fuiſſe idq; nõ potuiſſe Aprilẽ a uenere noĩari ſed ab apiẽdo dici magis putandũ q̃ſi Aprile q̃ uerna tẽpie arridẽte (ut ait Plutar.) plãtaꝝ germina apianẽ cæteraq; q̃ cõtinet terra. Sciendũ tñ non negarẽ ualeriũ Flacchũ: teſte Macro. poſtea cõſtitutũ eſſe ut h̃ menſe mr̃onæ ueneri ſacrũ facerent. q̃ dea & mas & fœmina putabaẽ: Vñ legimus Ariſtophanẽ eã aphroditin appellaſſe: q̃uis (ut ſcribit Ser.) nõnulli dicant nõ ſolũ uenerẽ. ſed & alia numĩa utriuſq; ſexꝰ pticipationem hr̃e. Sũt q̃ putãt Ro. altiorẽ prudẽtia ita primos ordinaſſe mẽſes ut cũ ſpcedẽs Marti eẽt ditatus deo pleriũq; hoĩu3 necatori. ſeds Veneri dicare ẽ: q̃ uim eiꝰ q̃ſi bñfica leniret: nam cũ in. xii. ſignis zodiaci primũ ſignum Aries Marti aſſignatꝰ ſit: ſequẽs. i. Taurꝰ Venerem accæpit. Lege Macro.

Quid ſignificat uenerẽ natã ex ſpuma maris

Aprilis

Aphrõ Aphrodite



ALMA faue dixi geminorũ mater amorum.
Ad uatẽ uultus rettulit illa ſuos
Quid tibi ait mecũ certe mõ feſta canebas.
Num uetus in molli pectore uulnus habes:

Quare mr̃onæ ſacrificabant ueneri

Dr̃ ãt Venꝰ gẽinoꝝ cupidinũ mr̃: ſed ſcripſerũt q̃dã plẽs eẽ Veneres: plẽſq; cupidines: ut Cice. q̃ duas Veneres tradit & tres Cupidines. Primũ ex Mercurio & diana gẽitũ. Scdm ex Mercurio & ſcda Venere. Tertiũ quẽ Anterõ dicũt. Alii hãc Venerẽ quã ex teſtibꝰ Cœli & maris ſpuma gẽitã Aphroditẽ uocãt gẽinorũ cupidinũ matrẽ dicũt: ut Diua nõ miti gñrata põto quã uocãt matrẽ gẽinꝰ cupido. Hic illã ẽ Syllii Cũ ſic ſuſpirãs roſeo uenꝰ ore decoros alloqẽ natos. Hoꝝ alter uoluptatis ẽ quẽ Diogenes dicere ſolebat uacãtiũ occupatiõnẽ alter pietat[. Ille. n. turpis ẽ d quo ait Vir. ĩ buc. Nũc ĩſanꝰ amor duri me martis ĩ armis tela ĩter media: atq; aduerſos detinet hoſtes: Ille piꝰ de quo ĩ. æneĩ. Neq;. n. prĩꝰ cõſiſtere mẽtẽ paſſus amor Plato duplicẽ amorẽ eẽ dixit. Alteꝝ terreſtrẽ atq; uulgarẽ. Alteꝝ cæleſtẽ ſingularẽ ac plane diñũ: & hũc q̃dẽ eẽ oĩ ſtudio ac diligẽtia expetẽdũ: illd uitãdũ tanq̃ hũano gñri pniciosũ: ideq; hũc celeſtẽ amorem fauorẽ ẽt uocat: ſed ſanctũ ac diuino quodã iſtictu puenĩẽtẽ. Sagittaꝝ cupidinis alterã iõ auratã fingi arbitramur q̃ pulchritudo ſæpiſſime amorẽ facit: uel q̃ auꝝ ẽ calidũ & humectũ: nã q̃ auro amor conciliari ſoleat: ut Aurea nũc uere ſunt ſcl'a plimꝰ auro uenit honos auro cõciliaẽ amor. Licet ueꝝ ſit ut a.l. id figmẽtũ attineat nõ putarim. Altera uero q̃ fugari amorẽ fabulanẽ iõ plũbũ hẽt mea ſnia q̃d cõnſtat ab alligatis lũboꝝ & renũ parti. plũbi laminis ob eiꝰ frigiditatẽ ĩpetus Veneris ĩhiberi autore Plinio. Sane alma Vẽus ab alẽdo ſic dr̃: ut Alma ceres almꝰ ager Alũẽ. n. p uenerẽ aĩata: h̃ ẽ ppagãẽ & ſeruanẽ ſpẽs q̃uis pcãt ĩdiuidua. S; almus ĩterdũ & pulchrũ ſignificat auctore Feſto: quo nullũ epithetõ magis Venerẽ decet. Sciẽdũ placuiſſe q̃buſdã amores tres eſſe. Aliis q̃nq;. Aliis plẽs. Vñ illud ẽ Propẽii: Hos uetuit me nũerare timor:

Cupidines tres

Amor duplex

Sagitta cupidis aurata

Sagitta cupidis plũbum habeans

Almum

PAV. MAR.

ALMA faue dixi geminoꝝ mr̃ amoꝝ. Rõnẽ huiꝰ mẽſis: quẽ nunc quarto loco nũeramus cum ſcdo loco a Romulo eẽt ĩſtitutus: a Vectio Macrobiano mutuabimur. Scdm inquit menſem nominauit Aprilem: ut q̃dam putãt cũ aſpiratiõne: q̃ſi aphrilẽ: a ſpuma: quã græci ἀφρον uocant: uñ orta Venus creditur. Et hanc Romuli afferunt fuiſſe rõnem. ut primũ q̃dem menſem a patre ſuo. Marte ſecundum

Quare uenꝰ dũ a græcis ἀφροδιτη

ab Aeneæ matre Venere noiaret:ut hinc potiſſimū anni principia ſeruarēt:a qbus eſſet Romāi nois ori go:cū hodie quoq; in ſacris martē patrē Venerē genitricē uocem⁹ Alii putāt Romulū:uel altiore prudē tia:uel creti nois,puidētia.ita primos ordinaſſe mēſes:ut pcedēs Marti eſſet dicatus:lō.plerūq; hoium ne catori:ut Hōe.naturæ cōſci⁹ ait:αρεσ αρεσ βροτο λοιεκ μιαιφονε τειχεσιπ λητα Sēds ueneri dica reē:Q ue ut i ei⁹:qſi bñficia leniret.Nā & i duodecim ſignis zodiaci:quoꝝ cūcta certoꝝ numinū domici lia credūt:Cū primū ſignū Aries Marti aſſignat⁹ ſit:ſequēs mox uenerē:ideſt Thaurus accepit & rurſus re gione ſcorpi⁹ ita diuiſus ē:ut deo eſſet utriq; cōis:Nec exiſtimat̄ rōne cœleſti carere ipſa diuiſio:ſi qdē acu leio uel potētiſſimo telo:pars armata poſterior:domiciliū Martis ē.Priore uero ptē:cui ζυγος apud gre cos nomē ē.nos librā uocam⁹:Ven⁹ accepit:q̄ uelut iugo cōcordi iūgit mr̄imonia:amicitiaſq; cōponit:Sȝ Cyngi⁹ i eo libro:quē de faſtis reliqt:ait iperite quoſdā opinari Aprilē mēſem antiquos a Venere dixiſſe. cū nullus dies feſtus nullūq; ſacrificiū iſigne Veneri p hūc mēſem a maiorib⁹ iſtitutū ſit:ſed ne i carmini bus qdē ſalioꝝ:Veneris ulla:ut cæteroꝝ cœleſtiū:laus celebratur.Cyngio ēt Varro cōſentit affirmās no mē Veneris:nec ſub regibus qdē apud romanos:uel latinū:uel græcum fuiſſe:Et iō nō potuiſſe mēſem a Venere noiari:ſed cū fere ante æqnoctiū uernū triſte ſit cœlū:& nimbus obductū:ſed & mare nauigātib⁹ clauſum.Terræ ēt ipſe aut aq̄:aut pruina:aut niuibus cōteganī:Eaq; oīa uerno:ideſt hoc mēſe apianī.Ar bores quoq;:nec minus cætera q̄ cōtinet terra:apire ſeu germen icipiāt:ab his oībus mēſem Aprilem di ci merito credēdū ē:quaſi Aprile:ſicut apud Athenienſes ανθεσ τηριον idem mēſis uocaī:ab eo qd hoc tpe cuncta floreſcant:Valerius aūt Flaccus nō negat hoc die poſtea cōſtitutū:ut matronę Veneri ſacrū fa cerent Plutarch⁹ uero in uita Numæ Aprilē ingt:qd aphroditis ideſt Veneris habeat cognomētū.Q uo menſe & deæ ſacrificant:& ad calendas mulieres myrto coronatæ lauanī.Q uidam uero nō ab aphroditi Aprilē noiatū dicūt:ſed quēadmodū ſimplex ſe nomē habet Aprilem mēſem uocatū:qm̄ uerna tēperie ar ridente:plantarū apianī germina &c.Sed hæc hacten⁹.Poeta Veneris mēſem ſcripturus Venerē inuocat primo uerſu.Affuit deīde illa:& rogat an amet:cum eā uocet qd uelit.℃O mater alma:o uenus mr̄.℃Ge minoꝝ amoꝝ:faue mihi feſta canenti.Alma ueneri adiungit̄ Virg.alma parēs confeſſa deam.& Alma ue nus phrygii genuit ſymoentis ad undā:ab alēdo q oia alat:unde & Cice.Venerē dictam putat:q ad res oēs ueniat.℃Geminoꝝ amoꝝ hoc eſt ioci & cupidinis qa ambo filii ueneris tradunī Hora.i primo car. Siue tu mauis erycina ridens:quam uolat circū iocus & cupido.& Seneca.in Tu.,Diua non uti generata ponto:quā uocat matrē geminus cupido pro ioco & cupidīe dictū:Alter enim ē q allicit:alter q cōiūgit. ℃Illa uenus retulit ſuos uultus ad uatē:uertit ſe ad me.℃Ait quid tibi mecū.ſ.eſt cur me nūc uocas!Cer te mō:pauloante:hoc eſt heri.℃Canebas cātādo ſcribebas.℃Feſta:dies feſtos.℃Nō:an.℃Habes ue tus uulnus:amoris.l.℃In molli:in laſciuo.℃Pectore:amas ne nūc:ſicut prius amabas.℃Reſpōdit ego.

Sis dea reſpondi de uulnere riſit:& aer.
Protinus ex illa parte ſerenus erat:
Saucius aut ſanus:nunq̄ tua ſigna reliq.
Tu mihi ppoſitū:tu mihi ſemper onus:
Q uæ decuit primis ſine crie luſim⁹ annis
Nunc teritur noſtris area maior equis:

ANT. FAN.

℃SCIS de uulnere:Noſti Ouidium nunq̄ eſſe amoris expertem qui uel ſanus amare cōſueuit.Nunq̄ tua caſtra reliq:Tractū a militibus q non mō non ſunt tranſfugæ: ſed & incolumes & ſaucii uexilla non deferunt.℃Sine crimine luſimus:Ipſe in.ii.triſtiū.Crede mihi diſtant mo res a carmine noſtro Vita uerecūda eſt muſa iocoſa mea Q uam ſententiam imitatus Martialis ait.Laſciua eſt no bis pagina uita pba.Potuit hoc dicere ut relegatum ſe cre dere uideretur ob artem quā ſcripſiſſet.℃Area maiori Metaphora eſt.Florentinus iuriſconſultus locum inquit ſine ædificio in urbe aream:ruri agrum appellari.Var ro aream eſſe inquit ubi frumēta ſecta teruntur & areſcūt:a cuius ſimilitudine loca in urbe pura puta tare as dici:quæ ut inquit Feſtus q uacua ſint quaſi exaruerint & quicq̄ generare non poſſint id nomen accæ perunt Bene autem meminit autor areæ in rebus ſacris quæ ad ædes deorum eſſe conſueuit.Vnde ait Vir. Aut ante ora deum pingues ſpaciatur ad aras.Senſus autem eſt.In grauiore materia meū uerſaī ingeniū.

PAV. MAR.

℃SCIS tu dea de uulnere.tu ipſa uenus noſti an amē.uel non amē.Riſit.ipſa.℃Et aer protin⁹erat ſeren⁹ ex illa parte.quaſi ridente illa aer ea ex parte ſerenus redditus eſt.Altiuſq; tendit ſententia quam uerba.nā hoc liquido apparet quotiens aſpectus Veneris.hoc eſt ipſius ſyderis exorientis lætus.hoc eſt purus & lu cidus uideī.Serenitatē aeris indicat ſec⁹ ſi turbidus.℃Saucius aut ſanus.uel ardēter amauerim.uel nō ita uehementer.Nunq̄ iñ penitus ab amore diſceſſi.& in libris de remedio.Sæpe repēt alii iuuenes.ego ſem per amaui.& ſi quid faciam.nunc quoq; quæris amo.℃Saucius:hoc eſt cum uulneī.℃Aut ſan⁹.ſine uul nere.℃Nunq̄ reliqui tua ſigna.tranſlatio a militia.Nūq̄ diſceſſi a caſtris tuis.nam ſemper ſub te militaui nec diſceſſi a ſignis.qa non uerti terga hoſtib⁹.℃Tu mihi propoſitum.de qua ſemper dicere propoſuerā. ℃Tu mihi ſemper honus qui ſim in rebus tuis ſemp occupatus.℃Luſimus.ludēdo ſcripſimus.℃Primis annis in iuuenta.Q uæ decuit.quæ decorum fuit iuuenem ſcribere.Sine crimine.& hoc alio tendit.quam ſcribatur.Nam cum ab Auguſto damnatus ſit Velata tñ uera cauſa.ob artem quam ſcripſerat.Nūc etiam ut ſe apud germanicum excuſet dicit ſe ea ſcripſiſſe.quæ iuuenem decebāt & ſine crimine.quaſi dicat per qd dānari non meruiſſem & in triſtibus ad Aug.nullū legiſſes crimen in arte mea.& illud.prius tñ dictū. ſed q illud adducit:inquæ meo nullū carmine crimē erit.℃Nunc maior area teritur noſtris equis maior nunc mihi ad agendum materia ſumpta eſt.Et eſt hoc in loco tranſlatio a tritura frugum ſumpta.nā ubi maior ſpicarū copia.ibi maiore area opus eſt.ſic ipſe maiorē materiā maiorib⁹ ānis accepit.nā poſt iuuētā.

Aries marti aſſignat⁹

Plutarchus de ſacris ueneri dicatis menſe April⁹

Cōparatio ab equis terētibus in area

Excuſatió ouidii tacita de libro amādi

ANT. FAN.

¶MEA tempora myrto cõtigit:Quia hæc arbuſcula Veneris eſt ut ait Plutarchus:Gaudet enim littoribus teſte Seruio & apta eſt plurimis neceſſitatibus mulierum.Vnde imperatores teſte.A.Gel.corona myrtea utebantur:qui ouantes urbem introibant quibuſq; incruenta uictoria obuenerat cui facilitati aptã eſſe frondem Veneris crediderunt ꝙ non martius ſed quaſi Venereus quidam triumphus ouantium foret a quibus corona myrthea oualis dicitur autore feſto introibant autem urbem ouantes uel cum bella indicta nõ erant uel cũ ſine ſanguine confecta fuerãt.Ferunt Romanos Sabinoſq; cum propter raptas uirgines dimicare uoluiſſent myrtea uerbena depoſitis armis pacẽ firmaſſe in loco qui poſtea ſigna habuit Veneris Cluacinæ.Cluere enim antiqui pugnare dicebant teſte Plinio. qui arborem myrtum ideo tũc electã dicit:quia coniunctioni & myrto Venus præeſt.Huius arboris uirgæ geſtatæ uiatori prodeſſe dicuntur in loco itinere impediti.

Myrtus

Myrtea corona

Cluere unde Cl us uen

Tẽpora cũ cauſis annalibus eruta priſcis
Lapſaq; ſub terras ortaq; ſigna cano:
Vẽim⁹ad q̃rtũ quos tu celeberrima mẽſẽ
Et autem & menſem ſcis uen⁹ ee tuos:
Mota cytherea ẽ leuiter mea tpa myrto:
Contigit & cœptum perfice dixit opus:
Senſimus & cauſæ ſubito patuere dierũ:
Dum licet & ſpirant flamina nauis eat:
Siqua tñ pars te de faſtis tangere debet:

¶TEMPORA cũ cauſis:hoc fuit noſtri propoſiti ut tẽpora ſcriberemus:cum ortu & occaſu ſignorũ . Venimus iam ad Aprilem tuum o uenus menſem:faueas igitur tuo uati:tua nunc quoq; tempora canenti. ¶Cano.cantando ſcribo.¶Tempora:annum.menſes . dies feſtos & pfeſtos:feſta ſtata & non ſtata.¶Cum cauſis:enim rationibus : ut in principio quoq; diximus:Seu cum originibus hoc eſt cum fabulis : ſiue hiſtoriis:unde quid originem habuerit.Et quoniam cum originibus dixerim:Neſcio qui interpretem fideliſſimum uirum pium:& ab omni maledicentia penitus abhorrẽtem Nu perrime fuerint inuecti:quaſi fuerit in eo uerbo maieſtas naturæ læſa.Carpant licet in puerilibus ludis & in nomẽ meum paſſim allatrent:non tamen efficient:ut ab inſtituto diuellar . Illud enim mihi tam a natura datum: quam uitæ inſtitutione ſeruatum.ne quẽq̃ uerbis prouocem:ne maledicendo:cuiuſpiã aures offendam.Fruſtra q̃dẽ laceſſunt:nondũ enim maledicere didici.Nec ſi quid fieri põt.ſine ulla maledicẽtiæ nota rñdebo. Turpiſſimum enim eſſet duci:cum quouis milite certamen.Sed hoc tãtum dicere liceat:q̃d apud lucanu; Cæſar uanam ſpẽ mortis honeſtæ concipis.haud ĩgt iugulo ſe polluet iſto Noſtra Metello man⁹. Dignũ te Cæſaris ita nullus honor faciet.Sed ſatis ſit.Quãuis & illud tragicũ adduci queat Domi lyciſſam quid pauiſſe pſui.ut illa fuſtia ſanguinẽ hauriret truci:ſed redeamus ad rẽ.¶Cũ cauſis:cũ originibus.ſeu cũ rõnibus:uc ab initio dixim⁹.Nã toto ope poeta cãm aut p rõne:aut p origine ponit.Etenim plerũq; refert: qua rõne q̃d fuerit inſtitutũ:& uñ originẽ habuerit:ut in primo libro cũ agit:Cur priapo mactẽ aſellus. cauſa pudẽda q̃dẽ ſed tñ apta deo refertq; unde aſinoꝝ ĩmolatio habuerit originẽ.Et poſtea ĩ carmentalibus:Vñ petã cauſas hoꝝ moremq; ſacroꝝ:quo pacto ĩtelligemus hoc in loco cauſas? p ratione? An pro origine & rõne?Sed ne nimiũ ĩmoreẽ:q̃a frequẽtes loci ſunt hmõi: ubi cãm pro origine ponit. nam mox ſubiicit?unde principium res ipſa habuerit.Et quia nõ crediẽ:euoluam⁹ dilucidiores locos:In ſecundo lib. ubi d̃ lupcalib⁹ agit:Dicite pierides ſacroꝝ quæ ſit origo.Attigerit latias.uñ petita domos:quæ ſit origo dixit:& originẽ lupcaliũ græcã refert.iã negari nõ põt & in eiſdẽ ſacris:cũ latinã originẽ referre uult ĩgt Adde pegrinis cã mea muſa latinas.Vides ne q̃ aptiſſime cãs p originib⁹ poſuerit.Eodẽ enĩ tẽdit utrũq; nã cũ primũ pcaẽ muſas.ut dicãt originẽ & græca relata ẽ.poſtea pcaẽ ut latina cã referaẽ q̃s ẽ tã ptinax: q̃ p origine dictũ neget.cũ originẽ ſacroꝝ aptiſſime referat q̃d creberrimũ ẽ apud poetã:cũ cãm aut pro origine:aut p rõne ponit:q̃d ut cõſtet cũ cãm nõ ponit ponit originẽ ut in pallib⁹ expoſitus mos.ẽ moris mihi reſtat origo.& ĩ floralib⁹ die dea rñdẽdi ludoꝝ q̃ ſit origo.In lemuralib⁹ dcã ſit uñ dies q̃ nois extat or go me fugit ex aliquo ẽ inueniẽda deo.Origine hoc ĩ loco dixit.Sed q̃d pſeq̃ẽ ut uideam⁹ q̃ rõne poſitũ.Pleade natemone uirga uenerãde potẽti.Sæpe tibi ſtygii regia uiſa iouis.Venit adorat⁹ caduciſer ai pice cãm.Nois ex ipſo ẽ cognita cãa deo.Quis negat cãm p origine poſitã cũ pri⁹ dicat q̃ nois erat origo & poſteã ſubdit ipſo deo cognitã eſſe cãm & refert uñ originẽ habuerit lemuralia.& ĩ pricipio ſexti.Hic quoq; mẽſis hẽt dubias ĩ noie cãs.Et poſt hic ego q̃rebãt cœpti q̃ mẽſis origo.Eſſet & ĩ cura nois hui⁹ erã cãs & originẽ ĩdifferẽter dicit & poſtea:At dec⁹ oẽ mihi cõtingit origine mẽſis. Conſtat igiẽ tandem ex poeta ipſo cãm p origine poni.His argumẽtis cũ referat rerũ de q̃b⁹ agit originẽ & cũ interdum ubi cãm nõ ponit originẽ ponit.Vel cũ cõuertat.ut cãm p origine & originem pro cauſa ponat.Arguamus nũc a diffinitione uocabuli.Fabius uictorinus ſic diffinit.Cauſa eſt animi impulſus ad aliquid agendũ.Quicq̃d enim fit ex aliquo animi impulſu fit.Et q̃m ita forte arguitur.Romulus cã fuit cõdendæ urbis.pp ipſi⁹ animi ĩpulſum nõ tñ fuit origo.nã hæc referẽ ad pricipiũ ipſi⁹ ædificatiõis:cũ eſſent oĩa q̃ ad rẽ facerẽt parata.Euoluatis Ciceronẽ ĩueniẽtis duplicẽ cãm ĩpulſiuã & rõcinatiuã ĩpulſiua eſt in ipſo primo motu.Ratiocinatiua eſt in rõne & cõſilio.Primo enim loco eſt animi ĩpulſus deinde eſt ipſa ratiocinatio.a prima q̃dẽ origine pendẽs & ipſe ĩpulſus eſt origo rei.fruſtra.n.adhibereẽ ratio.imo adhiberi non põt:niſi ſit ille animi ĩpulſus nã ut ab initio diximus:ex cã eſt ipſa rõ quæ quidem eſt rerũ gerendarũ ordo ex cauſa ueniẽtium.ut q̃d quo loco facias.ac dicas ĩtelligas:Rõ ſine cã eſſe nõ uõt:cauſa uero ſine rõne põt.Hoc idẽ Fabi⁹ inquit.Sed iam pueris notum eſſe arbitror.impulſum illũ animi originẽ eſſe rerum agendarũ ſed q̃a multis pſuaſum eſt cõtrariũ.& adeo tenellis mentibus ĩfixũ.ut auelli nõ poſſit ſi nobis nõ creditur.non Fabio non poetæ noſtro.noa rationibus.Credatur tandem Ariſtoteli & Ciceroni.Ariſtoteles enim oſtendit

PAV. MAR.

Cauſa p origine & rõne

Inuocatio ad muſas

Q̃r romulus fuit cã cõdẽdæ urbis

cauſam eſſe negociorum originem. Cice. in lib. de natura deo. Cām hoc eſt principiū inqt: Quod ſi hi errāt cū his errare malo: q̄ cū cæteris recte ſentire. Arbitror ēt dicturos eos Ariſtotilē & Cice. erraſſe. Sed iam finis ſit: Neq; uolebā tā longe ꝑgredi: De⁹. n. teſtis ē: me nō fuiſſe maledictis ꝓſiluꝛe. ſed qa loc⁹ exigebat: ut de cauſis agerē: uolui oñdere: ut oportuit cū cauſis hoc ē cū originib⁹ recte dictū: nō ut quēq̄ carperē ſed ut mea dicta defenderē: Sed ꝓſequemur iter iſtitutū. ℂ Eruta annalib⁹ priſcis: quæ ego magna cura & diligētia ex ueteꝝ ānalib⁹ excerpſi. ℂ Et cano ſigna lapſa ſub terras & orta: ortū & occaſum ſignoꝝ ut ab initio dictū ē. ℂ Venim⁹ ad qrtū mēſē: ad Aprilē: q qrtū āni locū obtinet. ℂ Quo mēſe. ℂ Tu celeberrima cultiſſima & celebratiſſima es. ℂ Et tu uen⁹ ſcis uatē: me ipm q cano tpa. ℂ Et mēſē eē tuos. nā & ego tui iuris ſum: & mēſis ibi dicat⁹: & a tuo noīe nūcupat⁹. faueas ergo dū ea canim⁹: quæ ad te ipſam ptinent. ℂ Mota cytherea: Ven⁹ mota ē uerbis meis. ℂ Cōtigit leuiter mea tpa myrto: ut iſpiret mihi mentē qua pciperē ea q̄ cupiebam. Myrtus. n. ℂ Veneri ſacra: de ea paulo inferi⁹. ℂ Et dixit pfice cœptū opus qđ incepiſti ꝓſequere: & pfice. ℂ Sēſimus. cōtigere. ſ. illa tpa & mētem inſpiraſſe. ℂ Et cauſæ dierum: origies & menſis aprilis: & feſtorum ipſius menſis. Subito patuere: fauente iam numine. ℂ Dum licet: ſcribere. ſ. hæc.

Aprilis ē mēſis gentis Iuliæ

ℂ Et ſpirant flamina: dum flant ſecundi uenti. ℂ Eat nauis: nauigemus per trāſlationem a nautis: qui ſecūdo uento utuntur: hoc dicit. nunc cum uenus ipſa faueat: proſequemur incæptum. ℂ Si qua tamē pars te. O germanice: ſi quid eſt in faſtorum quod ad te ptineat: præcipuus eſt hic menſis: qm̄ ueneri dicatus eſt: a qua quidem progenita eſt Iulea domus in quam tu adoptatus es. Domeſtic⁹ hic ergo uobis menſis: cum liberoꝝ ꝓgenitricis ſit. ℂ Tamē cæſar: germanice. ℂ Si qua pars de faſtis: de faſtorum libris & menſibus ipſis. Debet te tangere. te mouere. quod ad te pertineat. ℂ Habes quod tuearis: quod in tuo iure defendas.

Cæſar in Aprili quod tuearis habes:
Hic ad te magna deſcēdit origine menſis
Et fit adoptiua nobilitate tuus:
Hoc pater iliades cū longū ſcriberet ānū
Vidit & autores rettulit ille ſuos
Atq; fero Marti primā ddit ordine ſorte
Quod ſibi naſcenti proxima cauſa fuit:
Sic uenerē gradib⁹ multis i gēte receptā
Alterius uoluit menſis habere locum
Pricipiumq; ſui generis reuolutaq; qrens
Sæcula cognatos uenit ad uſq; deos:
Dardanon electra qs neſcit atlātide natū
Scilicet electram concubuiſſe ioui:

ANT. FAN.

QIN aprili quod tuearis habes: Quoniam hic menſis a Venere nomen accepit a qua cæſares deſcenderūt. Vnde autor ſubiungit. Et fit adoptiua nobilitate tuus. Nam iulius Cæſar a Venere p iuliū æneæ filiū originē ducens adoptauit Auguſtū: Auguſtus Tyberium Neronem Tyberius Germanicū: cui naſo ut diximus hoc opus inſcripſit. Vnde nos iāpridem aperientes amico cuidā noſtro quid de inſcriptione huius operis ſentiremus poſt multa illud ſcripſim⁹. Noluit imerito faſtos ſcripſiſſe Neroni Nat⁹ habet tituli præmia qui meruit. ℂ Pater iliades Romulus iliæ filius. ℂ Longum cum ſcriberet annum: Lunaris cōparatione longum dicit. nā breuis eſt ſi Solſtiali cōparetur qui. xii. menſibus cōſtat. Autores retulit ille ſuos: Martē & Venerē: ut hæc generis princeps ipſi⁹ ille pater. ℂ Quod ſibi naſcenti proxima cauſa fuit quia Mars Romulo pater fuit: eum cām proximam uocat. Nā uenus Romuli mater dicit̄. ſed alia ratione. multis uidelicet gradibus interiectis ℂ Cognatos deos: iouem ac uenerem. Hāc æneæ parentē: illum Dardani. ℂ Dardanon Electra qs neſcit atlantide natū Virg. in. viii. æne. Dardanus iliacæ primus pater urbis & auctor Electra ut graii phibent Atlantide cretus aduehit̄ Theucros electram maxim⁹ Atlas Edidit æthereos humero qui ſuſtinet orbes. Scire aūt debemus tres fuiſſe atlantes ut inqt Seruius. Vnū regē arcadiæ q pater eſt maiæ. Alium maurum q maximus dr̄. Tertium italum patrem Electræ ex qua & ioue natus eſt Dardanus q Dardaniam cōdidit ut Homerus ſcribit i. xx. iliados. Licet quidam Dardanū nō ex ioue ſed ex corito rege thuſciæ natū dicāt q Electraꝫ uxorē habuit. Ex ea & ioue iaſium quoq; genitū tradunt. ut hinc Dardanus ortus iaſiuſq; pater. Refert̄ ſane hoc loco romani ſanguinis nobilitas a dardano iouis Cretēſis filio ad Romulū. Quod Ouid. facit nō ſolū ut oſtendat quare Aprilis a Venere nomen accepit: ſed cæſaribus blandiat̄ qbus placere ſtudet. Ferunt Dardanū corito uita functo a quo oppidū Thuſciæ coriti nomē accepit: cū de regno ab Iaſio diſſentiret eo interfecto ſe in ſamothraciam poſteaq; i phrygiā cōtuliſſe. Sed de his uaria legunt̄: quia (ut inqt Virgilius:) fama eſt obſcurior annis

Atlātes tres Dardanus Coritus rex Iaſius Coritū oppidū

ℂ IN aprili: in hoc mēſe. Hic mēſis deſcēdit ad te ipſum magna origine. magnis cauſis. ſeu rerū pricipiis. Nā illi numini dicatus eſt. a quo Cæſareū genus originē ducit. ℂ Et fit tuus: tui iuris. aut tibi domeſticus.

PAV. MAR.

ℂ Adoptiua nobilitate: ea nobilitate iulea: i quā adoptatus es. Iulius. n. Cæſar ex iulio Aſcanii filio ꝓgēit⁹ eſt. Is Octauiū adoptauit in filiū. Octauius Tyberiū ea lege ut ipſe Germanicū fratris filiū adoptaret: ſic p adoptionē a Venere quoq; originē ducit. ℂ Hoc pater iliades: Romulus quoq; cū uideret ſe a Venere progenitū: & patrē habuiſſe Martē. iungit menſes ipſos. nā primo loco mēſem a ſe ipſo Marti. Secūdo ueneri dicatū numerauit. ℂ Pater iliades. Romulus ilie fili⁹ & urbis cōditor. ℂ Vidit hoc. ſ. ſe eſſe a uenere ꝓgenitum. ℂ Cū ſcriberet: cōſtitueret. ℂ Annū longum: ānum ciuilem. quem decem menſium numerauit. Longum: ad differētiam anni lunaris. ℂ Et rettulit ille ſuos autores. uenerē. uñ eſſet ſui generis origo. & Martē quo natus erat. ℂ Et tu dedit primā ſortē ordine fero Marti: ut primū locū anni a ſe cōſtituti marti aſſignauit. ℂ Quod fuit pxima cauſa ſibi naſcenti. qđ ipſius fuerit autor & origo propinquior. Nam pater q eum genuit. ℂ Sic uoluit uenerem receptam in gente: in familia. ℂ Multis gradib⁹: longa p gradus cognatione. nam per ſucceſſionis ordines ab ænea ad iliam matrem: ℂ Habere locum alterius menſis: ſecundi

Annus dr̄ ſolaris ad drīam, anni lunaris

ut ſecũdi anni locũ obtineret ipſa uenus. ¶ Et querẽs: inquirẽs ipſe romulus. ¶ Principium ſui generis unde origine habuiſſet. ¶ Et ſaecula reuoluta: ætates iam exactas & reuolutas longa annorũ ſerie. ¶ Venit uſq; ad cognatos deos: ideſt uſq; ad iouem & uenerem. ¶ Nã alter autor troiani generis: altera æneæ mater a quo ipſe progenitus ẽ. ¶ Dardanon electra: explicat nũc poeta rõmani generis uetuſtatem. Ipſamq; genealogiam a Dardano iouis filio: uſq; ad Romulum ipſum. Quæ quidem generationis ſeries a multis uariiſq; ſcriptoribus explicata a nobis ex fideliſſimis hiſtoriographis: tam græcis quã latinis excerpta. Inq; breue, cõpendiolũ ſuperiorib⁹ ãnis: natali gdẽ romano redacta eſt. Expoſita quo ad fieri potuit breuiſſime re ipſa ab ultima troianorum origine: uſq; ad ſũmum romanæ urbis imperium. Quod cum locus exigere uideatur: ut ipſa quoq; ſeries nũc exponenda ſit. Non ab re uiſum eſt ea: quæ ad romuleum genus ptinent Ab initio ab romulũ his noſtris quoq; cõmẽtariolis inſerere: ut noſtro carmine uera nunc hiſtoria cognoſcatur. Sic enim exorſi ſumus.

Genealogia regũ troianorũ a ioue deſcendẽtium

Roma genethliacã tibi nunc libat ad aram.
Candida lux orta ẽ: qua primũ facta parẽti
Fundamenta tibi: totum paſſura per orbem.
Brachia: ſidereo caput admotura tonanti
Quo maius nihil eſt. tuta te ſi gloria tangit
Et decus antiquum: faueas pulcherrima uati
Roma tuo: & prima referentem ab origine rerum.
Fas ſit in auguſtos deducere carmina faſces.
Fabula uana procul tantis modo rebus adeſto
Vera canam: archadicos atlas ſeruabat honores
Cum fuerit electræ magno dycteus amore
Iuppiter: hanc que grauẽ. & geminata ple parentem
Reddidit: iaſius pater hinc: & dardanus orti.
Alter agit primo uitam ſine coniugis uſu.
Accipit at chryſem magno pallante creatam.
Dardanus uxorem: proles idæus ab illa
Naſcitur & dymas: ſubiit poſtremus honori
Arcadico: cedit pater hinc: & filius alter.
Iaſiuſq; ſimul: magna iam claſſe parata
Armiferam in thracem deuentum: & celſa tenetur
Inſula: mercurio genitus: ſamothracia nomen
Cui dedit: ad cererem ſibi dum cõcumbere tentat:
Occidit iaſius rutilo confoſſus ab igne.
Protinus in phrygiam penetrauit dardanus oram
Heleumq; ſinum tenuit: conſcendit in altos
Hydæus phrygiæ montes idæa uocauit.
Nomine deq; ſuo iuga celſa: atq; orgia bacchi
Inſtituit phrygios tum cum frenaret alumnos
Scamandri ſoboles: ideæq; unica nymphæ
Teucrus: cecropio quãuis referatur ab antro
Adueniſſe: ſuo populos de nomine teucros
Ex illo dixiſſe ferunt cui nulla uirilis
Progenies: tantum patrios: bathea penates.
Nympha colit chryſe extincta tibi dardane iungit
Connubio pater hanc pariterq; recepit auiti
In partem regni: & teucro ſubeunte ſupremi
Fata rogi: phrygia ſolus dominaris in omni
Natus eryctonius. quo fortunatior alter.
Non fuit ille auri. atq; equitum. & ditiſſimus agri
Atq; huic calıore ſcamandri filia nupta.
Natus ab his tros eſt. hinc magnæ nomina troiæ.
Ex troie. & ſobole eumedis callanide nati
Ilus & aſlaracus ganymedis & inclita forma.
Incoluit campos ilus: hinc ilion altum.
Quod male ſeruauit periurus filius ili
Laomedon. priamus de laomedonte creatus.
Et matutinum raptus tytonus in ortum.
Ingentem priamus cum fratribus hectora gignit.
At ſacer aſſaracus clytodore coniuge fœlix
Fit pater. atq; capim genuit cui naide iuncta
Naſcitur anchiſes. uenus huic ſimoentis ad undas
Aeneam peperit. priami cui nupta creuſa eſt
Natus eſt euryleon. generis ſpes maxima dictus
Iuque fuga aſcani⁹. nam troia ardente ſupremum.
Et priami genere extincto. miſerabile magno
Collapſo imperio æternum penetralibus ignem.
Magnorumq; deum ſacra. troianoſq; penates
Suſtulit æneas. & cum genitore petiuit
Aerios montes: cui formidantia luſtrum
Rurſus bis geminum conſumet agmina bello
Omnia graiorum tribuere abſcedere tuto
Quocunq; ire uelit fato iam coniuge rapta
E patria illachrymans. comites natumq; patremq;
Secum agit. & ſtructis iam puppibus æquora uerrẽs
Thraces adit primum troiæ e regione iacentis
Hic hyemem quam longa fuit. q̃ mœſta peregit
Mœniaq; hic poſuit poſitoris habentia nomen
Quiq; ſuperfuerant bello. qui credere tutæ
Se potuere fugæ. dux manſuetiſſimus omnis
Suſcipit inde pius thracenſi littore ſoluit.
Vere nouo prefugæ ſulcant ægea carinæ
Aequora. & ionias curſu tranatur ad undas
Et tamen æneas ſiculis appellitur oris:
Dumq; urbes elymi condunt hic altera luctu.
Aſpera ceſſit hyems. ſicula tumulatur arena
Anchiſes genitor. ſoluuntur iuſta parenti
Vnde ubi ueliuoli ſubſederat ardua ponti
Vnda. uocant auræ ſpirantes ſolis ab ortu
Carbaſa tyrrhenas agitur properata per undas
Claſſis ab ænea mox in laurentia uentum eſt.
Tunc aboriginibus parentia littora: magni
Tybridis ora ſubit cui tunc erat albula nomen
Rex ab originibus reddebat iura latinus
Iam ſenior dulci populos in pace regebat
Vnica cui ſoboles tantum lauinia uirgo.
Hunc totiens placidæ monuere inſomnia noctis
Suſcipere externum. qui claſſem appelleret oris
Auſoniis. magnum imperium. magnã inde futuram
Progeniem toti quæ poſt dominabitur orbi.
At pater æneas fatalia ſigna ſequutus
Adueniſſe fugæ finem. certo omine ſentit.
Condendæq; ſus pregnans indicat urbis
Parua quidem primo deſignat mœnia ſulco
Nec mora turbatis rerum nouitate latinis
Venit in alloquium regis mox fœdera iungunt
Et datur æneæ dulcis lauinia coniunx.
Et ſimul e phrygiis multi accepere latinas
Hinc omnes uno latii cognomine dicti
Compoſitam uocat æneas de coniugis urbem
Nomine. & e phrigiis quos ſecum adduxerat oris
Imperat ſolis primo pater inclytus anno.
Cum tamen a rutulis latii premerentur: & ipſe

Aſſoret auxilio regi:caderetq; latinus.
Atq; hoſtis pugna turnus raperetur eadem
Imperium accipit ſoceri.tutatur:& auget.
Et quartum regno iam tandem exegerat annum.
Cum cadit:aut bello raptus fluctus ue numici.
Quæſitumq; diu nulla tellure cadauer
Iuuentum:inq; deos tranſlatum credidit omnis
Auſonia.huic pubes poſuit lauinia templum.
Atq; hoc candenti ſcripſere in marmore carmen.
Terreſtris diuiq; patris:fluctuſq; numici
Numine perpetuo qui flumina ſancta gubernat.
Aſcanius latiæ ſuſcepit pondera molis.
Hunc quoq; tyrrhenis urget mezentius armis
Victa tamen lano ceſſerunt robora marti
Tyrrhena:extincto crudeli funere lauſo.
Hinc memor aſcanius repetens mandata parentis
Egregii:ſimul & ſeruanda oracula diuum
Sæpe animo uoluens:celſis in collibus albam
Condidit:& latiæ dicta eſt ea regia genti.
Et iam tres ſeptem luſtris addiderat annos
A patris interitu:quo regnum acceperat ingens
Cum ruit in funus generoſa prole relicta
Imperium natu maior depoſcit iulus
Venit iuleum genus unde:decuſq; ſuperbum
Militiæ:atq; omnis romanæ gloria gentis
Parte alia petit ænea generatus auitum
Filius in regnum recepit:quem mater in altis
Ediderat ſiluis:nam cum lauinia rapto
Cõiuge:iamq; grauis:priuignum mœſta timeret
Ceſſerat in ſiluas:natumq; enixa fideles
Paſtores inter patrios in ſaltibus altis
Educat:& puero tribuit ſua nomina caſus.
Quodq; ubi cõpertum eſt:iuſſu reuocant in urbẽ
Aſcanii:& paulopoſt hæc regina ſupremos
Verſa eſt in cineres:& tros ſua fata ſequutus.
Ergo ambo certant latiis ſuccedere regnis.
Hinc patruus:hinc ipſe deo dilectus iulus.
Hoc tum certamen prudens:litemq; diremit
Tali iudicio populus:ſuccedat honori
Sacrorum:rebuſq; deum ſugatur iulus.
Et quoniam ſilui regnum hoc dotale parentis
Siluius acciperet:factum hoc cognomen ab illo
Regibus albanis data ſunt:ſequiturq; parentem
Siluius æneas:cuius poſt fata latinus
Regnum adiit:patri clarus ſubit alba latino:
Atq; albæ calpetus:ſolium capis inde parentum
Occupat hinc patrio ſuccedis calpete regno.
Tum tyberinus adeſt:pugna qui cæſus & amne
Raptus ab etruſco:primo miſerabilis æuo.
Nomen aquæ tribuit poſt hunc agrippa gubernat
Res italas:tanto diuum contemptor honori
Succedit.ſuperos imitans palladius ignes
Impius:& ingenti cupiens pro numine haberi
Et terrere homines:ſuperi iouis igne crematur.
Abſorptuſq; lacu eſt omnis unda obruit ædes
Regis:auentinum proceres in regna uocarunt
Romano dedit hic moriens ſua nomina colli.
Filius inde procas rebus ſucceſſit auitis
Hocq; ſatus numitor & tu crudelis amuli.
Extinctoq; proca ſubiit contentio regni
Et data conditio eſt uter imperet:alter habeto
Troianas & opes:& quantũcunq; relictum eſt:

Vaſorum:fuluiq; auri:argentiq; talenta.
Accipit imperium numitor:fit ditior alter.
Mœnibus ille potens:aſt ille potentior auro.
Et regnis inhians:ingentia robora fortem
Militiam parat & celſam mox occupat arcem.
Imperiumq; pio fratri uiolentus ademit.
Dat tamen unde queat tenuem deducere uitam.
Inde per inſidias truncat numitore creatum
Egeſtum in ſiluis:quo fratri nulla uirilis
Sit ſoboles:tantum ſeruabat filia ſedes
Siluia:& hanc ueſtæ curanda in ſacra relegat
Hæc quoq; ſiue proco:genioue:aut numine diuum
Aut ſiue inſignis preſſiſſet amulius armis
Sacra lauaturas dum mane incedit ad undas.
Et uiridi conſedit humo.correptaq; ſumno
Fit grauida obſcura tegitur caligine tellus
Solq; fidem fecit rutilo mutatus amictu
Conceepiſſe deo:ſed quo conceperat orbi
Incertum ẽ:redit ilia domum iam languida uirgo.
Remq; aperit matri:uelantur crimina:morbus
Fit cauſa:in templum cur non eat illa pudicum
Mens tamen interea ſæui ſeu conſcia regis:
Seu ſuſpecta doli:metuens.curare medentes
Illã adhibet:genitrix arcet:mox bumq; uirili
Non ait:hunc ſexu prodendum.turgidus ira
Vxorem mittit cuſtodem:atq; illa tyranno
Mox ſcelus omne refert.furit ille inſanior euris.
Cum rapere in genti maria omnia turbine tentant.
Et cæſurus erat prægnantis uiſcera ferro
Hinc inſtat numitor.hinc antho filia regis.
Inq; deos referunt crimen.ſæuiſſimus iram
Diſtulit in decimæ redeuntia cornua lunæ.
Siluia fit genitrix heu prolem enixa gemellam
Et uirgis cædi.uirgo miſeranda iubetur.
Defodierq; ſolo.pœna hæc ueſtalibus ipſis
Quæ uetitum patiantur opus miſerabilis antho
Ante patrem ſupplex tumidum procumbit & orat
Orat opem miſeræ.& precibus ſeruata ſororis
Dicitur at geminos deferri ad tybridis amnem
Immergiq; iubet fluuio.mandata miniſtri
Inuiti peragunt tantum ſcelus unda refugit.
Et pueri in ſicca miſeri uerſantur harena.
Quid niſi pro miſeris poteram uagire querelis.
Vagitus enixa tamen lupa ſenſit ad undas
Sed datura ſitim progreſſa accurit.& illos
Depoſita feritate uidet miſerata iacentis
Eripit e cœno:dehinc ubera plena gemellis
Admouet:o ſuperi quanta eſt clementia celi.
Qui poſiturus erat populis ingentia magnis
Mœnia perpetuos terræ latura triumphos.
Paſcitur infœlix infantia lacte ferino.
Atq; auis expoſitis ſug eſſit martia picus
Sæpe cibus:non hoc uatum:non fabula uulgi.
Sed fatale quidem:quos ſors in magna uocabat
Imperia hos caſus & mille pericula rerum
Parca ſubire dedit.tot per diſcrimina paſtum
Quid repetã aſtyagis muliebri e ſtirpe nepotem
Nutritum quoq; lacte canum miſerantius inter
Paſtores quanto põſt imperitauerit orbi.
Gorgonis ind gnō coitu cui filia natum
Edidit exponi iuſſit ſua uiſcera ſiluis.
Lac illi tribuiſſe feras uiſum inde relatus

Inq; inter anguſtum lactas:qua armenta redibāt
Vt miſerum obruerent:etiam alimenta dederunt.
Obiicitur canibus ieiunis hi quoq; paſcunt.
Vbera dantq; ſues:demum immergitur undis
Oceani:ſumma quæ infans leuis innatat unda.
Seruaturq; deum manifeſto numine:littus
Excipit exceptum pauit quoq; cerua iacentem
Et tandem ad magni ſuliatus culmina regni.
Factaue quid referam moſis crudelia noſtri
Eiectum phario gemuit quem mœſta fluento
Mater:& hic domini ſeruatus munere cœli
Eſſet ut ille dei populo qui mœnia ſancto
Poneret & uera ſub religione foueret.
Numina ſic miſeros ſeruarunt alta gemellos
Eſſet ut ille deis magnam qui conderet urbem:
Ergo hæc e celſo miracula monte uidentes
Paſtores ſtupere omnes:pecoriſq; magiſter
Albani magniſq; feram clamoribus urbem.
Illa quidem flenti ſimilis.poſt oſcula greſſu
Diſcedens lento:ſeſe in nemora alta recepit.
Conuenere duces ouium:mirantur opemq;
Ferre parant:una primum tellure ſeruantur.
Suſcipit hinc illos euandri fauſtulus archas.
Gente ſatus:ſecumq; refert:& tradit alendos
Vxori:clarum cui tunc laurentia nomen.
Educat hæc creſcunt cœleſti ſemine nati:
Iam pueri iam tum iuuenes:pectora forti
Non his cura greges.armentaue paſcere:non hos
Paſtorum cultus:& fiſtula pacta iuuabat.
Sed ſtudium ludis primum exercere iuuentam:
Aut iaculo:aut nuda corpus laſſare paleſtra.
Et ſophiæ gabiis ambo incubuere pelaigæ.
Fauſtulcas tutantur opes:cæduntq;:fugantq;.
Latrones:& cura fuit:cui uiuere rapto.
Et iam bis nouies cancer geſtauerat axes
Soliferos:totiens tulerat capricornus eoſdem.
Cum tegerent teneras prima lanugine malas
Inter paſtores orta eſt contentio ſæpe — Pallātia
Montis auentini:& pallantia ſepta tuentes. — ſepta
Sæpe duo fratres pallantia ſepta tuentur
Et ſub auentino pulſant numitoris ouile.
Res domino delata ſuo:regiq; ſuperbo.
Mittitur infeſtus iuuene qui comprimat hoſtis.
Lucebatq; dies:magni quo feſta licæi
Fanos erant:caſtoq; deum dum indulget honori
Romulus:inſidiis capitur germanus ab hoſte.
Ad regem trahitur manibus poſt terga reuinctis
Plectendum accepit numitor:mox indole motus
Obſtupuit:tacitum iuuene in penetralia ducto:
Quo genitus rogitat:paſtoris ſanguine cretum
Seſe ait:ecce ſubit tectum latinus alumno
Paſtor opem:tutas aperit numitoris in aures
Fata gemellorum:remq; omnem ex ordine pandit.
Romulus interea turbam collegerat omnem
Paſtorum:ſecumq; albana in mœnia ducit
Sub æreo inſignes clypeo ſudibuſq; præuſtis.
Inferiore urbis ſubierunt parte:ruuntq;
Conſulto numitore tamen ſub tecta tyranni
Et regem obtruncant:& celſa romulus arce
Vi potitur:proleſq; omnis deletur amulii.

HACTenus iuuet hæc de romulo dixiſſe:quoniam eo natali nos longius progreſſi ſumus:ad auguſti tempora referemus tamen ſuo loco quæ ad conditam urbem pertinent.Sed redeamus ad poetam:& ex eo genealogiam ipſam exponamus.Quis neſcit quaſi omnes ſciunt.Dardanon natum Electra atlantide:dardanum filiū fuiſſe electræ atlātis filiæ & iouis:Scilicet certe quis neſcit.Electrā concubuiſſe pro ſuccubuiſſe.Ioui:hoc ab hiſtoricis refertur:ex ioue cretenſi.& electra atlantis filia natos fuiſſe dardanum:& Iaſium.

Huius erichthonius:tros ē gñrat9 ab illo
Aſſaracum creat hic:aſſaracuſq; capyn:
Proximus anchiſes:cū quo cōe parentis:
Non dedignata eſt nomē habere uenus.
Hinc ſatus æneas pietas ſpectata p ignes
Sacra:patreq; hūeris altera ſacra tulit:

ANT. FAN. — ℂHVIVS erichthonius : hic Dardani filius mortalium omnium ditiſſimus fuit teſte Homero qui habuiſſe dicitur tria equarum milia quæ pullos nutriebant . Non eſt autem hic Erichthonius (Erichthonius) quem ſerpentinis pedibus fuiſſe fabulantur terræ ac litis filium : de quo Ouidi.alibi Pallade conſpecta natum de crimine Virgo ſuſtulerit quare quæret Erichthonium . Hunc fabuloſum idem poeta ſine Matre creatum ſcribit Dardanus autem Erichthonium ſuū dicitur e Theucri filia genuiſſe. ℂTros (Tros) eſt generatus ab ilo i hic eſt Ili : Aſſaraci & Ganymedis pater:quem erichthonius genuit ex Calliore.Ab eo troia dicta eſt quam antea dardano Dardaniam:a Teucro teucriam dixerunt.Ceterum ab illo eius filio ilium nomen accepit.ℂAſſaracuſq; capyn:Capys (Capys) ex aſſaraco & Clytodore genitus Anchiſen gēuit.ℂNō dedignata eſt:immortalis dea:ut mater æneæ fieret non aſpernata eſt mortalis Anchiſæ coniugium:ut Cōiugio anchiſa ueneris dignate ſuperbo.

PAV. MAR. — ℂHVIVS:dardani.ℂErichthonius:fuit filius ex Bathea filia Teucri.Quem fortunatiſſimum Homerus uocat.ℂTros eſt generatus ab illo:ex Erichthonio & Caliore natus eſt Tros.ℂHic:tros.Creat:gignit ℂAſſaracum:ex Taoe & Callanide Eumedis filia natus eſt Aſſaracus Ilus:& Ganymedes. Hic:aſſarac9. ℂCreat Capym:nam ex aſſaraco:& Clytodore natus eſt Capys.Proximus Anchiſes quem Capys ex nai de genuit.ℂCum quo:anchiſa.ℂVenus non eſt dedignata:ſed dignata . ℂHabere cōmune nomen parentis:hoc eſt:non puduit uenerem Anchiſæ ſuccumbere:& ex eo parere:ſic habere nomen parentis cum eo commune.Nam peperit illi æneam.ℂHic:ex uenere & anchiſa.Satus natus eſt æneas.ℂPietas ſpectata per ignes:quaſi cuius pietas experta:& cognita & probata p medios ignes & Criſpus. Ni uirt9 fideſq; ueſtra ſpectata mihi ſatis foret.Aeneas ereptus eſt a numine per ignes:& hoſtes in excidio troiano.Vnde ipſæ apud Virgi.Deſcendo:ac ducente deo flammam inter hoſtes . Experior:dant tela locum flammæq; recedunt. (Ven9 ē utriuſq; ſex9 dea) ℂTulit humeris ſacra ignem ueſtalem:deos pœnates & alia troiana ſacra. ℂEt:patrem anchiſam:quem humeris aſportauit:per appoſitionem.ℂAltera ſacra:quoniā illi æneas diuinos detulit hono-

res.Vnde apud Virg.Nunc pateras libate ioui:præcibuſq; uocate Anchiſen genitorem:Cui non tantum immortalitatem:ueꝛumetiam uentorum tribuit poteſtatem.Poſcamus uentos:atq; hæc mea ſacra:quotannis.Vrbe uelit poſita templis ſibi ferre dicatis.

Venimus ad fœlix aliquando nomē iuli.
Vnde domus teucros iulia tāgit auos:
Poſthumus hic:q́ q; ſiluis fuit ort⁹ ī altis
Siluius in latia gente uocatus erat:
Iſq; latine tibi pater ē:ſubit alba latinum:
Proximus eſt titulis epitus alba tuis:

ANT. FAN.

Euryleo Aſcani⁹ Aeneæ filius Iulus Siluius Poſthumus Siluii reges

℄VENIMVS ad fœlix aliquādo nomen iuli:Hic ut Dionyſio placet in fuga Aſcanius appellatus eſt ante Euryleon.Sed Cephalon ſcriptor uetuſtiſſimus ut idē inquit memoriæ prodidit quattuor æneæ fuiſſe filios: Aſcanium Euryleontem Romulum ac Remum . Fuit autem Aſcanius æneæ filius ex Creuſa:quāuis Liui⁹ dubitet creuſæ ne an Lauiniæ fili⁹ fuerit.Is(teſte Seruio) a prima barbæ lanugine quæ ei naſcebatur quo tempore Mezentium ſuperauit ſm Catonem Iulii nomen accepit a quo dicta eſt familia iuliorum.Quāuis ſunt qui eam ab aſcanii filio denominatam uelint. ℄Poſthumus hinc:deeſt uerbum ſucceſſit. ℄Aſcanius.n.Siluio reliquit imperium quoniam(ut quibuſdam placet)ſine liberis periit. Fuit autem Siluius æneæ filius ex lauinia ex qua natus eſt poſt Aeneæ mortem unde Poſthumus uocatur. Eum mater cum poſt Mariti obitum aſcanii timeret inſidias in ſiluis ad quas grauida confugerat enixa dicitur & ab iis ſiluium nominaſſe. a quo reges Albani Siluii dicti ſunt Virgilius in ſexto æneı.Silui albanum nomen tua poſthuma proles: Quem tibi longæuo ſerum lauinia coniunx Educet ſiluis Regem regumq; parentem. Aliis eundem ſiluium placet Aſcanii non fratrem fuiſſe: ſed filium. Lege Liuium ac Dionyſium:a quibus diuerſa traduntur ne te obtundam:nobis illud placet quod Liuius ſentit tam uetera pro certis affirmare non oportere. ℄Iſq; latine tibi pater eſt quomodo ſiluius poſthumus eſt latini pater cum Liuius ſcribat e Siluio natum æneam ſiluium:& latinum genitum ex ænea:Dicendum eſt Ouidium a Liuio diſſentire cum uelit latinū eius Siluii filium eſſe qui ſucceſſit Aſcanio.Ipſe in.xiiii.Metamorphoſeos:inde ſub Aſcanii ditione binominis alba reſq; latina ſucceſſit ſiluius illi quo ſatis antiquo tenuit repetita latinus nomina cum ſceptro . Crede nobis lector candide prudentis eſt in rebus tantæ uetuſtatis nō præcipitare iudicium . Seruius honoratus Procam ſcribit fuiſſe regem duodecimum albanorum & Capyn ſextum non ſeptimum ponit:qua in re Naſoni manifeſte aſtipulatur . Idem etiam uult.xiii.tantum fuiſſe reges albanorum de æneæ & Lauiniæ genere:cum alii aliter tradant.Hi quantum regnauerint Euſebius docet. ℄Subit alba latinum.Liuius.Latino alba ortu. ℄Proximus eſt titulis epitus alba tuis.Epitus a Dionyſio.Capetus appellatur:a Liuio uero Atys:ab Euſebio Atys ſiue Epitus.

Variæ opiones de aſcanio filio æneæ

PAV. MAR.

℄VENIMVS Aliquando ad fœlix nomen Iuli:ad nomen Aſcanii æneæ filii ex Creuſa priami Imitatur in hoc Virgi.qui aſcanium iulum appellauit.Vnde in primo æneidos.At puer aſcanius cui nunc cognomen iulo . Additur ilus erat & ueteres interpretes dicunt iulon appellatum cum adoleſcens cum Mezentio pugnauit Verum Diony.inquit appellatum ab initio Euryleonta:& in fuga aſcanium:& eius filium iulum uocatum.Pompeius quoq; oſtendit Aſcanium habuiſſe duos filios Iulium & Aemulium.Ab iulo manauit domus Iulea:ſiue Iulia.Ab Emulio genus æmulium . Vnde a quo iulo : Domus iulia:familia iuliorum:domus ipſa cæſarea. ℄Tāgit aues teucro:troianos.Nam a troianis:hoc eſt ab ipſo iulo progenitus ē iulius cæſar. ℄Vnde apud tranquillū de prodigiis mortem Cæſaris portendentibus.Tabula ænea in monumento in quo dicebatur Capys conditor Capuæ ſepultus:inuenta eſt:conſcripta litteris:uerbiſq; græcis:hac ſententia. Quando oſſa Capys detecta eſſent fore ut iulo prognatus manu conſanguineorum necetē:magniſq; mox italiæ cladibus uindicatur:&c.& Diony.inquit ab eodem iulio Iulios uocatos:& proſequitur.Fuitq; hæc familia maxima:atq; clariſſima omnium:quam nos ſciamus : Viroſq; tulit duces illuſtriſſimos quibus uirtutes præbuerūt.ut de ſtirpis generoſiſſime inde in dubiū uenirē nequeat:&c. ℄Hic: deinde.Poſthumus:q poſt æneæ mortem ex lauinia natus eſt . ℄Qui quod ortus fuit in altis ſiluis erat uocatus Siluius in gente latia:latini ſiluium appellauerunt:quoniam in ſiluis natus erat.Nam ut Diony.inquit Suſcipiente regnū Aſcanio.Exterrita lauinia ne quid ob nouercale nomen ab eo mali acciperet prægnans ipſa.Tyrrheno cuidam regii pecoris magiſtro:quem latino ſciebat fuiſſe in primis gratum. Iſq; eā in deſertas adducens ſiluas:& ut aduentitiam quandam cuſtodiens:conſciis rei eam conſpici permittebat. Conſtructis in ſiluis ædibus nequāq̄ multis hominibus notis . Natumq; deinde puerum aluit . Siluium a ſilua nominans:quemadmodum ſi quis græce diceret hyleum . Procedente deinde tempore : ubi magnam conquiſitionem mulieris fieri a latinis cognouit.Suſpectumq; multitudine aſcanium : quaſi ille perdidiſſet puellam rem populo aperit.Educitq; ex ſaltu mulierem ipſam cum puero:Tali itaq; fortuna uſus ſilui⁹ hoc nomen habuit:Genuſq; illius omne deinceps regno potitum eſt.Poſtq̄ enim fratrem eius mori contigit: cum dubia eſſet regni hæreditas:ad eum ne pertineret:an ad Aſcanii filium maiorem Iulum qui in paternum imperium ſuccedere poſtulabat:eorum controuerſiam populus diremit . Cum aliis adductis rationibus:tum hac non minima:quod ex matre natus eſſet regni hærede ſiluius Iulo autem regni loco:ſacra quædam eſt poteſtas attributa atq; honor cum periculis uacans imperii:tum uero uitæ tranquillitate : ſuperior quo nunc etiam uſq; ad ætatem meam genus illius fruitur.Hæc ille. ℄Poſthumus:Vulpianus Iuriſconſultus Poſthumos dicimus eos dumtaxat qui poſt mortem parentis naſcuntur.Hoc uerum eſt in ſtricta ſignificatione uocabuli . Largo tamen ſignificatu Poſthumus dicitur etiam qui poſt teſtamentum a patre factum naſcitur : etiam ſi pater uiueret.& cætera. ℄Iſq; latine tibi:ex hoc loco detracti ſunt duo uerſus:

Capis cōditor capuæ

Siluius unē dr̄

Poſthumus ex uulpiāo iureconſulto unē dicitur

quod primus ego aduerti noſtro tempore. Poeta enim primo loco meminit Siluii poſthumi: deinde latini. Verum medius horum fuit æneas ſiluius. Siluii primi filius: & huius latini pater. Hic eni æneas ſiluius medio horũ loco a Liuio mẽorat̃. Et Diony. inqt. Siluius aũt cũ unũ triginta iperaſſet annis ſuſcipiẽs ipiũ æneas ei⁹ fili⁹ unũ & .xxv. regnauit ãnos: Poſt hũc aũt latin⁹ unũ & qnqginta. Vir. quoq; utriuſq; mẽinit: & ſiluii poſthumi & æneæ ſiluii: prīo eni loco inqt. Ille uides pura iuuẽis: q nitit̃ haſta. Proxima ſorte tenet lucis loca primus ad auras Aetherias italo cõmixtus ſanguine ſurget. Siluius albanum nomẽ: tua poſthuma proles. Quem tibi longæuo ſerum lauinia coniunx Educet ſiluis regem: regumq; parentem. Vnde genus longa noſtrum dominabitur alba. Proximus ille procas troianæ gloria gentis. Et capys: & numitor: & qui te nomine reddet Siluius æneas pariter pietate uel armis Egregius ſi nunquã regnandam acceperit albam. Ex his pateat: ex hoc loco detractos duos uerſus: quoniam nulla eſt mentio æneæ Siluii: cum eſſe debuiſſet: nec omiſiſſet poeta: qui hiſtoriam nouerat: qui Virgilium & eius ſcripta uiderat. Qui eodem tempore fuerat: quo & Dionyſius. & Liuius Sed id inde factum eſt. Rudes: & hiſtoriarum inexpertes poſteri putarunt eundem fuiſſe & æneam ſiluium. Ita duos uerſus: tanquam ſuperfluos abraſerunt. O latine hic: æneas: ſiluius. ¶ Eſt pater tibi: regnauitq; ut diximus unum & quinquaginta annos. Ab eo ut inquit Coloniæ aliquot deductæ: priſci latini appellati. Manſit poſtea ſiluius omnibus cognomen: qui albæ regnarunt. ¶ Alba ſubit latinum: ſiluius alba latino patri ſucceſſit regnauitq; inde .xl. annis. O alba. Epytus eſt proximus titulis tuis. Epytus filius ſequitur te: & ſuccedit tibi in regno. Hunc Dionyſius. Capetum uocat regnaſſeq; ait ſex & .xx. annos.

De ſucceſſione æneæ ex regibus albanis mul ta

ANT. FAN.

Ille dedit captæ repetita uocabula troiæ
Et tuus eſt idem capete factus auus:
Accipiens regnum poſt hunc tyberinus ab illo
Dicitur in ethruſcæ gurgite merſus aquæ:
Iam tamen agrippam natum remulumque nopotem
Viderat in remulum fulmina miſſa ferunt:

¶ ILLE dedit captæ repetita uocabula Troiæ. Epitus filium Capyn uocauit: referens nomen patris Anchiſæ capys capetum genuit qui ei ſucceſſit: Ouidius alibi. Poſt hunc capetuſq; capetuſq; capyſq; ſed capys antefuit. ¶ Et tuus eſt idem capete factus auus. Capeti auus eſt Epitus. Sane notandum hoc loco in nomine proprio non dubitaſſe Ouidium producere antepenultimam quam ipſe alibi corripuit: qd ſine uitio fit. teſte Seruio. ¶ Poſt hunc tyberinus: hic ut inquit Liuius in traiectu albulæ amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomen flumini dedit. ¶ AGrippam: hunc Euſebius tradit regnaſſe annos .xl. cum Dionyſius tantum ſcribat .xxxiii. Sed nihil mirum in tanta caligine uetuſtatis. ¶ REmulumq; nepotem. Liuius poſt Agrippam Remulus Siluius a patre accepto imperio regnat. Auentino fulmine ictus ipſe regnum per manus tradidit. Fuit autem contemptor Numinum ut ſcribit Dionyſius unde meruit fulmine interire. Ouidius alibi Remulus maturior annis fulmineo periit imitator fulminis ictu inſanus rex ut deus haberetur non dubitauit imitatus fulgoribus homines exterrere.

Capis ī ſyllabis notād⁹

Antepe nultima ī pprio pducit

¶ ILLE Epitus. Dedit uocabula repetita captæ troiæ: uoluit ille repetere uocabula troiana: quoniam capys fuit Anchiſe pater: & alter ab illo Capys æneæ ſocius: qui cum in Italiam uenit: & capys ſeptimus albanorum rex. huius epiti ſeu capeti filius: qui duo de triginta annis regnauit. ¶ TRoiæ captæ: quæ capta fuerat a græcis. aut poſuit captæ: ut in principio dictionis Capym oſtẽderet: cui idem eſt capys: ¶ Et idẽ epitus. ¶ O Calpete eſt factus tuus auus: nam epytus capym capys calpetum genuit. Sic epytus ſeu capetus erat huic auus regnauitq;. Calpetus uſq; ad tertium decimum annum. ¶ Tyberinus poſt hũc Calpetum. Ab illo accipiens regnum: nam eius filius fuit: dicitur marſus. obrutus. ¶ IN gurgite thuſcæ aquæ in fluuio qui e thuſcia labitur. De quo Dionyſius Tyberinus octo regnauit annos: atq; in prelio mortuus. quod ſecundum flumen fuit raptuſque a profluente: flumen ſibi cognomen reliquit: uocatum prius albula. & Liuius inquit Tyberinus qui in traiectu albulæ amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomen flumini dedit. ¶ Iam tamen uiderat: ſane tyberinus. Natum Agryppam: nam eius fuit filius agrippa & Dionyſius inquit tyberino deinde ſucceſſor agrippa annos tres & triginta regnauit. & Liuius Agrippam tyberini filium oſtendit. ¶ ET Remulum nepotem uiderat. ſ. Liuius inquit poſt Agrippam Remulus ſiluius a patre accepto imperio regnat. Dio. Alladium uocat. Sic enim innuit. poſt agrippam alladius unde uiginti annos. Res quadam tyrãnica. & cum diis inimicitias gerens. nam ab eo deſpiciẽte numina. apparatæ ſunt fulgurum imitationes & fragores. & tonitruis ſimiles quibus terreri homines tanq̃ eſſet deus poſtulabat: Cæterum hymbribus: & fulminibus in eius domo cadentibus. Atq; lacu iuxta quem habitabat. inſolitam inũdationem capiente incluſus cum tota domo abſorptus eſt & nunc adhuc perlucẽte lacu: in parte quadam. cum deficit latex. ſubſeditq; altitudo apparẽt ruinæ. & alia ædificiorum ueſtigia &c. ¶ Ferunt dicunt. Fulmina miſſa in remulum in hunc alladium. & Liuius. Fulminæ ictum oſtendit. Nam iquit ī auentino fulmine ictus ipſe regnum per manus tradidit. ¶ Poſt agrippam & remulum. ¶ Venit auentinus. de quo Dio. huic deinde ſucceſſit auentinus a quo unus ex ſeptem collibus: q habitabant̃ romæ cognomen ſumpſit. Hicq; annos ſeptem & triginta imperium tenuit. & Liuius ſepultus in eo colle. qui nunc eſt pars romanæ urbis. cognomẽ colli fecit. ¶ Vnde a quo auentino. ¶ Locus mons. quoq; etiam ipſe collis. ¶ Vocatur cognominatus eſt ab eo auentinus. ¶ Locus in quo ſepultus & totus deniq; mons auentinus dictus aliq legunt. ¶ Lucus unde uocatur qm̃ auentinus fuiſſet paludibus ab reliquis montibus incluſus.

PAV. MAR.

Nota textum debere ſcribi calpete: nõ capete ut ſupra

Auentinus fulmine ictus

ANT. FAN.

¶VEnit auentinus poſt hos ab hoc rege quidã auẽtinũ mõtẽ urbis dicũt urbis dictũ uolũt qđ ibi extinctꝰ fuerit ac ſepultꝰ ut quo regnarat eodẽ monte iacet poſitꝰ tribuitq; uocabula mõti. Alii ab auẽtio rege aborigenum: alii ab auibus: alii ab aduentu hoĩum: alii ab aduectu: alii ab auẽte fluuio. Lege Feſtum Seruium: ac Varrõem. ¶Poſt illũ tradita regna ꝓcæ: Proca Numitorẽ & amulium procreauit: legauitq; regnum Numitori qui maior natu erat. ſed plus potuit uis quam uoluntas patris ut Liuius ſcribit. Amulius enim pulſo Numitore ſibi regnum arripuit: addiditq; ſceleri ſcelus Nam & Lauſum eius filium interemit qui a Dionyſio egeſtus dicitur: & iliam ſiue. Rheam quam & Siluiam uocant ueſtalem uirginem legit. Eſt autem Lauſus adoleſcens in uenatione interemptus: ut Dionyſius tradit. Plutarchus in hac hiſtoria diſſentit aliquantulum a Liuio cui nos malumus credere mentienti quam aliis uera tradentibus. ¶GEMIno: gemello: quia eodem partu Romulus ac Remus in lucem editi ſunt Venerẽ Martemq; parentes. In infinitum extendit parentis nomen: unde licet uenerẽ parentem Romuli appellare.

Lauſus i uenatõe fuit mortuꝰ amulii patrui fraude

Venit auentinus poſt hos locus unde uocatur:
Mons quoq; poſt illum tradita regna procæ
Quem ſequitur duri numitor germanus amuli:
Ilia cum lauſo de numitore ſati:
Enſe cadit patrui lauſus placet ilia Marti:
Teq; parit gemino iuncte quirine remo:
Ille ſuos ſemper uenerem martemq; parentes
Dixit & emeruit uocis habere fidem:
Neue ſecuturi poſſent neſcire nepotes:

PAV. MAR. de

¶POST illum: auẽtinum. Regna ſũt tradita procæ. Procas deinde poſt auẽtinũ annos tres. &. xx. regnauit: ut Dionyſiꝰ tradit. ¶Q Vem. Procã. ¶SEquitur Numi. ger. du. amu. Liuius inquit Proca deinde regnat. Is Numitorẽ ad amulium ꝓcreat. Numitori: qui ſtirpis maximus erat: regnum uetuſtum Siluię gentis legat. Plus tamen uis potuit: quã uoluntas patris: aut uerecundia ætatis. Pulſo fratre amulius regnat: Plynius uero qui de uiris illuſtribus ſcripſit: tradit Procam habuiſſe duos filios Numitorem & amulium iſq; regnum annuis uicibus habendum reliquiſſe: ut alternis imperarent: ſed amulium fratri imperium non reddidiſſe: &c. Dionyſius inquit. Deinde amulius haud iure regnum occupans: cum numitori preberetur fratri ſeniori: duos & quadraginta regnat annos Plutar. uero. Cuiꝰ ſententiam in carmine ſequuti ſumus: ita inquit. Inter albanorum reges: qui ab ænea duce ſtirpis primordia deduxerant totius ciuitatis duobus imperium relictis fratribus numitori: & amulio per ſucceſſionis ordinem deuenit. Amulius uero cum res albanas bifariam partiret. Regnum ſcilicet: & quem ex troia theſaurum maiores deuexerant. ut utram partem uelit: alter deligeret. tyrannidem potius ſibi numitor elegit: ſed amulius ob auri magnitudinem factus potentior fratrem adortus ſedem regiam facile occupauit: poeta ergo inquit. ¶Q uẽ ꝓcam. ¶SE. Nu. cũ numitori regnũ deberetur. ¶GErmana. amu. du. & ob id dirum imperium & cru. uocat: quia fratrem regno deiecit. ¶Ilia cum lau. ſa. nati ſunt. ¶De Nu. Numitor duos filios habuit. Lauſum: quem Dionyſius Egeſtum uocat. & Iliam. quæ & Rhea. ¶LAVſus cadit enſe patrui. Amulius lauſum per inſidias obtruncat. Et de eodem Liuius ait. Addit ſceleri ſcelus: ſtirpem fratris uirilem interemit fratris filiæ Rheæ Siluiæ per ſpeciem honoris: cum ueſtalem eam legiſſet: perpetua uirginitate ſpecie partus adimit. & Dionyſius. Amulius inquit poſtquam regnum albanorum inuaſit prohibito paternis honoribus numitore fratre maiore: & alia quædam Iliam præter ius. equumq; egit & ad extremum prolis inopem numitoris domum facere cogitauit: cum ob metum ne pœnas daret aliquando ſcelerum. Hæc itaq; cum multo ante animo agitaſſet: primum quidem numitoris filium Egeſtum nomine: tunc pubeſcentẽ: obſeruatis locis ubi uenabatur: infecitq; ſolitudine maxima renatum. exeuntem interfecit: ſubornatis qui dicerent interemptum latronibus eſſe adoleſcentem: & reliqua. ¶Ilia. quæ Rhea: & Siluia dicta eſt. ¶PLAcet marti & eam grauem reddidit. de hac diximus & in ſecundo & in principio tertii. ¶ET parit te o quirine: o Romule. ¶IVncte remo gemino: gemello: quia gemelli fratres nati ſunt. ¶ILle ſuos ſemper: hac igitur ratione Romulus Martem. & Venerem ſuos dicebat eſſe parentes: menſeſq; primos continuos his numinibus conſecrauit. ¶Ille: romulus. ¶Semper dixit: appellauit. ¶Suos parentes Venerem & Martem: quoniam Marte genitus & materno genere a Venere genus duceret: recte igitur parentes dixit: quoniam parentis appellatione non tantum pater: ſed etiam auus & proauus: & deinceps omnes ſuperiores continentur. Sed & mater: & auia: & proauia: hæc Caius de uerborum ſignifi. Vlpianus uero titulo de in ius uocando. Parentes inquit utriuſq; ſexus accipere debemus. Sed an in infinitum quæritur. Et quidam parentem uſq; ad tritauum appellari aiunt. Superiores maiores dici hos ueteres extimaſſe Pomponius refert. Sed Caius Caſſius omnes in ĩfinitum parentes dicit: quod & honeſtius eſt merito obtinuit. Paulus uero de gradibus ita inquit. Parentes uſq; ad tritauum apud romanos nominantur: Vlteriores qui non habent ſpeciale nomen maiores appellantur. Item liberi uſq; ad trinepotem ultra hos poſteriores uocantur &c. Et meruit ro. habere fidẽ uocis ſermonis ſui: quia creditus martis filius. Sic adhibita fides eſt uerbis ſuis: cũ diceret eos ſuos parentes. ¶Neue ſequuturi nepotes poſſet ſcire: ut poſteri non ignorarent. Sed optiẽ ſcirent eũ martis filiũ & a uenere pregenitũ fuiſſe.

Variæ opioneſ de amulio pulſo rgno

Egiſtus numitoris filius

Mater auia pro auia ſm Vlpianum

ANT. FAN.

℃Tempora cõntinuata:martium & Aprilem inter quos aliũ menſem non interpoſuit. ℃Itala nam tellus &c.Floruit aliqñ ĩ italia græcia potẽtiſſimis & magnis urbibus ut ait Cic.in quattro tuſcu.quæſtionũ Vir. Effuge cũcta malis habitanť mœnia grais.Cæteꝶ nõ ps italiæ solũ.ſed ipſa quoq; Sicilia magna græcia dicta eſt Strabo.in.v.geographiæ Magnã mediterraneæ partẽ ĩceperũt a troianis orſi tpibus iã.ii.tãtopere res græca amplificata fuerat hãc & ſiciliã magnã græciã appellar t. ℃Venerat euãder.colligit nõnullos græcos nec nõ & Phrygũ q ſe in italiã cõtulerũt:quorũ euãder ut ſupra diximꝰ cũ milˀtis ad italiã uenit:ut

Magna græcia Peregrini qui i Italiam uenere

Tempora diis generis cõtinuata dedit:
Sed ueneris mẽſẽ graio ſermõe notatũ:
Auguror a ſpumis eſt dea dicta maris:
Nec tibi ſit mirum græcorum nomĩe dici:
Itala nam tellus græcia maior erat.
Venerat Euãder plena cum claſſe ſuoꝝ:
Venerat Alcides graius uterq; genus
Hoſpes auentinis armentũ pauit ĩ herbis
Clauiger & tanto eſt albula pota deo:
dux quoq; neritiꝰ:teſtes leſtrygões extãt

archades his oris genꝰ a pallãte pfectũ qui regem Euandrum comites qui ſigna ſequuti delegere locũ & poſuere iit mõtibus urbem. ℃Venerat alcides.Hercules quoq; non uenit ad nos ſolus ſed cũ argiuis qui:ut dictũ:eſt i ſaturnia ſubſederunt: ℃Armẽtum:boues quos Geryoni detractos ex hiſpania abduxerat. ℃Dux quoq; Neritius Vlyſſes:quẽ nõnulli ſic dictum uolunt a Neritia inſula quã eius regni fuiſſe dicũt. Cæterum nos eã inſulã nuſq̃ inuenimus apud pbatum ſcriptorem ſed ut abuſiue argiuos interdũ græcos dicimus a parte totũ accipiẽtes ita ulyſſem putant Neritium uocari a neritiis populis locridis ſiue a loco eiuſdem regionis.Vnde ait Virgi.Neritiaq; picis lucos:& hic & neritii poſuerũt mœnia locri. Nam eius patria eſt ithaca Cic.in oratore. Si nos id qđ maxime debet patria noſtra delectat:cuius rei tanta uis eſt ac tãta natura ithacã illam in aſperrimis ſaxulis tanq̃

Neritiꝰ dictus ẽ Vliſſes a populis neritiis

nidulũ affixam ſapientiſſimus uir immortalitati anteponeret. Vlyſſem Ouidius alibi neritiũ uocat: ut pro duce neritio docti mala nr̃a poetæ ſcribite.Neritio nã mala plura tuli.Hic quoq; in italiã uenit ubi Circe eius ſocios mutauit in beſtias:de cuius morte:nihil ſatis certũ habeť.eũ Homeri carmẽ eã omiſerit Scribit tñ Porphyrio eũ p ignorantiã ĩterfectũ fuiſſe a Telegono eius filio quẽ ex Circe ſuſcepat Theopõpus aũt auctore interpte Lycophronis tradit Vlyſſem oſtẽſum domeſtica turpitudĩe reduſſe ad circen & Thelemachi manibꝰ occidiſſe.Hic fuit Laertæ filius ex autolyca magnanimi autolyci filia:cuiꝰ errores Homerus ſcripſit ĩ odyſſea. Sane Strabo ubi locridis mẽinit nõ ĩprudẽtẽ ſe ĩgt nõnullas ĩſulas ptenire i qꝫ una qdã ſuſpicãtur locũ fuiſſe unde locrẽſes neritii(teſte Seruio)nũcupãtur.Pli.auctor ẽ Leucadẽ neritiũ dici De q̃:ut ſcribit Strabo:Laertẽ dixiſſe aiũt mũitã ſolꝰ ui cœpit neriton urbẽ.Inde ut a mõte ithacæ eiuſdẽ nois Vlyſſes neritiꝰ nõ naritiꝰ diceref.hoc legi ſæpius:illud nõ memini me legiſſe.Cæteꝶ ſũt q a neritio ithacæ naritiũ mutata lr̃a dictũ exiſtimẽt.Teſtes leſtrygões extãt:Antiphates rex leſtrygonũ fuit q unũ e ſociis Vlyſſis aſſũpſit teſte Hõero.Fuit ãt ãtiq̃ ſedes leſtrygonũ oppidũ formiæ:q hoies ĩmãiſſimi hũanis carnibꝰ ueſcebãtur:qđ q̃uis Thucydides fabuloſũ exiſtiet uerũtñ putať a Ply.q li.xii.nat.hiſtoriæ cẽ ĩ gt Scythaꝶ gñra & qdẽ plura quæ corpibꝰ hũanis ueſcerenť ĩdicauimꝰ.Idipm ĩcredibile fortaſſe ni cogitemꝰ ĩ medio orbe terraꝶ ac Sicilia & italia fuiſſe gẽtes huiꝰ mõſtri Cyclopas & leſtrygonas. Dicti ãt ſũt leſtrygões neptũni filii:qm ut A.Gel.ſcribit maiores nr̃i pſtãtiſſimos uiros uirtute prudẽtia & uiribꝰ iouis filios appellãt:ut Aeacũ Minoa & Sarpedona ferociſſimos uiros & ĩmães atq; aliẽos ab oĩ hũanitate tãq̃ e mariˀ gẽitos neptũni filios dixerũt:ut Cyclopa.Cerciona & leſtrygonas.Quaŕ nemini mirũ uideri debet qđ Solinꝰ ſcribit Cyclopũ ſpecꝰ uocari leſtrygonũ ſedes.Ad hos puẽiſſe Vlyſſẽ Tibullꝰ:quoq; teſtať: ut ĩcultos adiit leſtrygonas ãtiphatẽq;.Eos ueſci hũanis carnibus qdã apud regẽ Alcinoũ nõ crediderũt:Vnde illđ ẽ Iuuẽalis.In maŕ nẽo hũc abiiciet ſeua dignũ ueraq; charybdi figẽtẽ ĩmães leſtrygonas & cyclopas.

Vlyſſis mors

antiphates rex leſtrygonum Formiæ.

A.G.de leſtrigonibus ppl's

℃TEmpora cõtiuata. ℃Dedit diis gñris:ueneri & marti uñ genꝰ duceret tpa cõtinuatos mẽſes: martiũ & aprilẽ:primũ a marte:alteꝶ a Venere denoĩatũ.Sed ueneris mẽſem:ſi qs diceret cur mẽſis ueneris ñ dŕ uenereus quẽadmodũ a marte martiꝰ.Inqt mẽſem ueneris habuiſſe græcã appellationẽ . Nã uenus græce αφροΔιτη dŕ ab αφρος q̃ ẽ ſpuma qm̃ ex ſaturni teſticulis & maris ſpuma nata ſit.Sed ego auguror mẽſem ueneris notatũ graio ſmõe:ego ita exiſtio græca appellatiõe uocatũ ſignatũq; hũc mẽſẽ ut aprilis, dicať qſi aphrilis ab ἀφρος. ℃Dea uenꝰ Eſt dicta a ſpumis maris:ex qbꝰ nata ẽ uocata αφροΔιτη. Nec tibi ſit miꝶ:ñ admireris ſi eã rẽ græco lati uerbo expſſerit:qm̃ græci italiã ĩcoluerť.& ps italiæ magna græcia dicta ẽ.Vñ Ply.cũ italiã laudet pſerti cãpaniæ orã.Subiũgit:ipſi đ ea iudicauerť græci genꝰ ĩ gl̃iaꝫ ſui effuſiſſimũ quotã ptẽ ex ea appellãdo græciã magnã ℃Nec mirũ ſit tibi:ñ dbeat tibi eẽ admiratõi. ℃Rẽ dici græco noĩe:aprilẽ græca appellatiõe uocatũ Iã tellꝰ itala fuit magna græcia:ñ oĩs tñ italia : ſed ps italiæ magna græcia uocata ẽ:ea pſerti ora:q̃ ĩ græciã uergit. ℃Venerat euander:arguit ab exẽplo:qm̃ græcoꝶ pricipes ĩ italiã uenere:& eã regionẽ ĩcoluer.De euãdro & aduẽtu herculis ĩ italiã diximꝰ ĩ prio li.iõ hic hiſtoria ñ repetẽda Venerat:ergo ex archadia:quæ ẽ ps græciæ ℃Euãder cũ plẽa claſſe ſuoꝶ arcadũ ℃Venerat alcides:hercules. ℃Vterq;:& euãder & hercules.Fuit graiꝰ.græcꝰ. ℃Hoſpes clauiger:hercules clauã gerẽs pegrinꝰ ĩ latiõ & hoſpitio ſuſceptꝰ.Pauit ar.boues ex hiſpania abactos. ℃In herbis auenti.auẽtinis. ℃Et albula:tybris.Sed nõdũ eo tpe uocabať tybris:aut tyberinꝰ:qa lõge añ albã cõditã uẽit ĩ latiũ Hercules dicebať flu.albula ℃Et pota tãto deo:bibit Hercules aquã tyberinã:q̃ religioſã uelit aq̃ oñdere ex q̃ hercules biberit. ℃Dux quoq; neritius & Vlyxes ĩ italiã uenit:& ex nymphis quæ orã italiæ celebrẽ reddebãt filios genuit.Caliſpo.n.illa auſonẽ pepit Circe Telegonũ: q̃q̃ multi dicũt ex circes filia

PAV. MAR.

Quare uenꝰ dicta a nomine græcó αφροΔιτη

Albula pota

Leucate nerıtos Andropoſagı

natũ.Venit etiam in Antiphatem leſtrigonum regẽ.❡Dux neritius:Vlyxes a nerito. Neritos appellata eſt Leucate:quæ laertis fuit patris ulyxis:& neritos mons ĩ ithaca,quæ ulyxis erat q dicũt naritiũ a naritia errant:nã neritiam in eo mari in quo eam multi ſcripſere non comperimus uarii tñ populi erant in locride Virg.hic & naritii poſuerũt mœnia locri.❡Leſtrigones extant teſtes.teſtãtur ulyxem ueniſſe ĩ italiã.Leſtrigones fuere apud Caietam.Nam ita Pli.ingt.Caieta portus:oppidũ formiæ dictũ & exiſtimauere antiqui leſtrigonum ſedes.Verum ita appellati fuere:quia latrones erant ĩ eo ſinu.σωστησ ληστρικοσ quod eſt latrocinium Hi & Andropophagi uocati qui e ſociis ulyxis duos deuorarũt.❡Et teſtis eſt littus quod adhuc habet nomina Circes:qđ in hunc uſq; diem uocatur littus circeum:& quæ quondam ĩſula immenſo quidem mari circundata.Si creditur Homero nũc italiæ adiuncta eſt . Strabo ſic inquit Poſt antiũ circeiũ eſt ſtadiis.cc.diſtans & nonaginta Mons mari & paludibus inſtar habens inſulæ:quẽ copioſis germinare radicibus fama eſt ab ea fortaſſe quæ circe conuenientia fabulæ uulgant.habet etiam caſtellum : & Circes ſacellum:& Mineruæ aram:monſtrat autem & quandam ulyxis pateram &c.

ANT. FAN. Circe· Circeũ litus Marſus thelegõ mamilia

❡VT Q Vod adhuc circes littus habet:Circe quidem mortalis fuit . Sed ſolis filia dicta eſt cum(ut inquit Lactãtius grammaticus)fas non ſit ut dei filia credatur eſſe mortalis . Quod ideo fictum eſt.quia conſtat eam meretricem fuiſſe pulcherrimam.a qua Circæum littus nomẽ accepit & oppidum Circeum ac mons qui olim paludibus a continenti ſeparabatur:quem fama eſt abundare radicibus ubi Vlyxis patera monſtrabatur : qui ex Circe (ut diximus)Telegonum ſuſcepit : Eadem mulier filium habuit Marſum a quo gens marſorum orta dicitur quibus quadam genitali datum eſt domare ſerpentes .❡Telegoni:hic tuſculum oppidum condidit teſte porphirione ubi Mamiliam filiã ꝓcreauit.a qua(ut ait Feſtus)dicta ẽ mamillorum familia Hora . eius oppidi mœnia Circæa dixit ob telegonũ Circes & Vlyxis filium:quæ(ut inquit Strabo)uincta coronabant tectaq; magnifica ex ea præſertim regione quæ in romanum deſcendit aſpectum.❡Mœnia tyburis udi:Tres fratres(ut inquit Seruius)e græcia uenerunt ad italiam:Cathyllus.Coras & tyburnus qui ſimul,omnes unã urbem condiderunt:& eam de fratris maioris nomine Tybur appelarunt:licet & alias fecerint ſinguli.Solinus autem Tybur ex teſtimonio Catonis a Catyllo archade ꝑræfecto claſſis Euãdri conditum dicit.Vel ſm Sextũ ab argiua iuuẽtute:quoniam Catyllus Amphiarai filius poſt interitum patris ad Thebas in italiam uenit ubi(ut idem ſcribit(tres liberos ꝓcreauit:Tyburtũ quẽ quidam Tyburnum dicunt.Coram & Catyllum:qui pulſis ueteribus ſicanis a nomine Tyburti fratris urbem uocauerunt.Plinius uero in nat.hiſtoria Tyburtes inquit originem multo ante urbem Romam hñt. Apud eos extãt ilices tres etiam Tyburno conditore eorum uetuſtiores apud quas inauguratus dr̃. Fuiſſe aũt eum tradunt filium amphiarai qui apud Thebas obierit unã ætate ante iliacũ bellũ.Hanc urbẽ Strabo Herculeã uocat ubi teſte Aulo Ge.templum Herculis fuit & in eo bibliotheca ſatis cõmode ut ille inquit libris inſtructa.Dicit̃ aũt udum tybur hoc loco Vel ob Anienem cuius ibi cataracta eſt quã fluuius facit ubi nauigabilis eſſe incipit.Vel ob aquas uarios ad morbos ſalutares quas Albulas uocãt.Tyburtinus.n.ager eaq; fontibus ſcatet.❡Haleſus:Agamẽnon ex clytẽneſtra filias hũit Iphianaſſam.Cryſothemin.Laodicen.& electrã:ut qbuſdã placet.filios uero Oreſtem & Haleſum:quorum Haleſum nõnulli Agamẽnonis comitẽ uolunt fuiſſe nõ filiũ.Alii(ut ſeruius ſcribit)Filium Nothum:q morte pr̃is agamẽnonis a Clytẽneſtra interfecti coactus patriã relinquere uenit in italiã & Faliſcos cõdidit. ut ille ſuos docuit iunonia ſacra faliſcos.Dicti ãt ſũt Faliſci aſpiratione ĩ f littera cõuerſa ſicut febris dr̃ quæ antea hebris dicebat̃.Coluerũt ãt faliſci potiſſimũ iunonẽ:ut adde ſenẽ tatiũ iunonicolaſq; faliſcos:q a Vir.iuſti dicunt̃:qm̃ ab ipſis populus Ro.miſſis Decẽuiris iura fœcialia collegit & nõnulla ſupplemẽta.xii.tabularũ apud eos nõnullæ familiæ fuerunt auctore Plinio quæ uocabant̃ Hirpiæ quæ annuo ſacrificio qđ fiebat ad montẽ Soractẽ Apollini ſup ambuſtã lignorũ ſtruem ambulãtes nõ adurebãtur.Faliſcorũ clitũnus fluuius ẽ cuius aqua epota boues cãdidos faciebat.❡Suaſorẽ antenora pacis:Horatius:Antenor cẽſet belli ꝓcidere cãm.Hũc dicũt nõnulli græcis patriã ꝓdidiſſe:ga & legatos q ꝑ Helenã uenerãt ſuſcepit hoſpitio & Vlyſſem medici habitu cognitũ nõ ꝓdidit.Fuit ãt ſuaſor pacis Helenæque reddẽdæ . Oui alibi.Quid grauis antenor priamus qd ſuadeat ipſe cõſule qs ætas longa magiſtra fuit.Notum eſt hunc ueniſſe ĩ italiã & Patauiũ cõdidiſſe.❡Et generũ œnidem appule daune tuũ.Diomedem dicit.Oeneus.n.pr̃ eſt Tydei:Tydeus Diomedis qui poſtq̃ ira Veneris a ſe uulneratæ cõperit uxorẽ turpiter uiuere in Apuliam uenit ubi edomita oia Gargani matis multitudine plurimas urbes cõdidit.Itaq; in Apulia diomedis cãpi appellãtur̃.ut ingt Feſtus q ei in diuiſione regni quã cũ Dauno fecit ceſſerunt&Diomedea inſula dicta eſt ĩqua Diomedes ſepultus dr̃ contra oram Apuliæ ubi uiſuntur aues:ut ait Plinius:quas iuba uocauit Cataractas nos Diomedeis dicimus infeſtantes clangore aduenas barbaros:Græcis uero adulantes miro:ut idem ĩquit Plynius:diſcrimine uelut generi Diomedis hoc tribuentes.Sane apulia:teſte Feſto.Dauniæ nomẽ accepit a Dauno illyricæ gentis claro uiro qui ea ꝓpter domeſticam ſeditionem excedẽs patria occupauit.

Et quod adhuc circes noĩa littus habet:
Et iam telegoni:iam mœnia tyburis udi
Stabãt argolicæ:quod poſuere manus.
Venerat atridæ fatis agitatus haleſus
A quo ſe dictam terra faliſca putat.
Adiice troianæ ſuaſorem antenora pacis:
Et generum Oenidẽ appule daune tuũ:
Serus ab iliacis:& poſt ãthenora flãmis
Attulit æneas in loca noſtra deos.

Catyllus Coras Tyburnus Tyburtes Tybur Herculeum Tybur udum Agamẽnonis filii Faliſci Hirpiæ Clitũnus antenor pacis auctor Diomedis ĩ italiã aduẽtus Diomedis cãpi Diomedea iſula Diomedeæ aues daunia PAV. MAR.

❡ET Iam ſtabant mœnia thelegoni . quæ thelegonus ulyxis.f.qui patrem imprudenter interemerat in

Italia poſuit. Tuſculum.n.oppidum condidit:de quo diximus in tertio. ℂIam ſtabant mœnia Tyburis udi:iam & oppidum quoque Tybur erat in Italiam conditum.Plyni. Tybur conditum a Tyburtino filio Amphiarai oſtendit qui apud Thebas obierit una ætate ante iliacum bellum. Strabo Tybur Herculeum eſſe ait.Cato Catyllum Arcadem qui præfectus fuit claſſis euandriæ condidiſſe Tybur retulit: quod & Martianus teſtatur.Sextius Catyllum Amphiarai filium fuiſſe inquit & liberos tris in Italia procreaſſe: Tyburtum & Coracem & Catyllum:qui depulſis ſicanis ex oppido non longe a Roma poſito a nomine Tyburti maximi natorum oppidum uocauerunt: horum trium fratrum Virgilius. in ſeptimo meminit. Sic conſtat hæc oppida a græcis fuiſſe condita. Hora. mœnia catylli:de tybure dixit. & alio loco Tybur argeo poſitum colono Tyburis udi poeta dixit:propter anienem fl.qui ide fluit. ℂVdi aquoſi. Quæ mœnia tiburis poſuere manus agricole manus græcorũ. ℂVenerat haleſus:hunc alii fuiſſe aurigam agamẽnonis dicunt:qui ubi dominus interiit:inſidiis Aegiſti:& Clytemneſtræ in Italiam uenit:& non longe a ſabinis oppidũ condidit:quod interpoſito.P.ab eius noĩe phaleſium uocatum eſt:deĩde phaliſcũ. Alii dicunt Haleſum fuiſſe agamẽnonis filium:qbus magis aſſentiendum puto:Nam Ouid.ipſe i libris de amoribus ad Chorynnam in elegia.Cũ mihi ꝓmiſeris inquit.Argiua eſt pompæ facie Agamennone cæſo.Et ſcelus & patrias fugit heleſus opes.Cum patrias opes dicat filiũ uidet indicare:licet poſſes ad patriã referre melius ad patrias opes referes. ℂHaleſus agitatus:uexatꝰ. ℂPatis atridæ:calamitate & morte Agamẽnonis Atrei filii. ℂVenerat in italiam. ℂA quo:Haleſo terra phaliſca putat ſe dictum:putãt ſe phaliſci dictos.De his in primo libro dixius. ℂAdiice anthenora ſuaſore pacis troianæ:addas his quos retulimꝰ anthenorem troianum:q ante Primum ſententiam ꝓ pace cum græcis ineunda ſæpe dixit Vir.quidem erat magni conſilii.Ille & in Italiã uenit:q̃uis eo tempore ea pars nõdum erat addita italiæ:ubi ille Patauiũ cõdidit:de quo in primo æn.Vir.Et adiice his o appule daune Oenidem generum ſuũ:daunus filiam in coniugem Diomedi dedit:qui urbem condidit:quæ appellata eſt Harpos:& apulia a ſoceri noĩe Dauniam appellauit:& iõ Ply.inqt apulia Dauniorũ cognomine a Dauno Diomedis ſocero dicta eſt Diomedes uero Oenei nepos Tydei filius fuit Dauni gener:cum poſt delatam Troiam in patriam adire nequiret:in apuliam uenit:ibiq; ad extremum fuit:de eo alio etiam loco dicemꝰ. ℂSerus ab iliacis:æneas poſt Troiæ excidium & poſt ipſum anthenora in Italiam uenit.Verum anthenor & æneas nõ græci:ſed troiani. Sic & Solymus:at græcus erat illis ſermo. Nam æolica lingua ſic quo ad ſermonem græci quoq; dici poterant. ℂAeneas ſerus tardus. ℂAb iliacis flammis:poſt troiam incẽſam. ℂEt poſt authenora:cũ iam antea ueniſſet authenor. ℂAttulit deos:ueſtam ſeu Veſtæ ſacra:& penates. ℂIn loca noſtra:in latium.

Tyburtus & Catyllꝰ filii amphiarai

haleſus agamẽnonis filius cõdidit phales

Hꝰ erat ſolymꝰ phrygia cões unꝰ ab ida
A quo ſulmonis mœnia nomẽ habent:
Sulmõis gelidi patriæ germanice noſtræ:
Me miſerũ ſcythico q̃ procul illa ſolo ẽ:
Ergo age tã lõgas ſꝫ ſupprie muſa q̃relas:
Nõ tibi ſũt mœſta:ſacra canenda lyra:

putari cuius Home.meminit:ibiq; & lotum arborē multā eſſe fructu dulciſſimo.& ulyſſis aram qui ad Lo- Tubæ
phagos(ut idē Home.ſcribit)tēpeſtate maris impulſus acceſſit. Eadē arbor italiæ quoq; familiaris eſt te- ſacrifice
ſte Plynio Sed dextra italiā præcipua circa ſyrtes atq; naſamonas quā Macrobius ex autoritate Veranii ī apud tu
ter fœlices arbores ponit. Eius lignū cariem uetuſtatēq; non ſentit:eſtq; colore nigro & ad tibiarū cant⁹ ſcos age
expetitur:radix uero ad capulos cutelloꝝ. Apud Thuſcos ſacrificæ tibiæ e buxo olim fieri cōſueuerūt:Lu bantur
dicræ uero e loto oſſib⁹ aſininis atq; argēto. ¶ Da dea:dic q̄ ſcire cupio:ut Sed tn̄ iſte de⁹ qui ſit da tity
re nobis. Sunt aūt uerba poetæ ad Cibelem:quæ muſas iuſſit aperire Naſoni q̄ uellet. ¶ Scite:eleganter.
Vnde apud Terentium ſcitus puer natus dr̄ e Pāphilo. ¶ Doctas neptes:nouē muſas magni iouis filias:
ut iq̄t Heſiod⁹:quæ ex memoria ſuſceptæ credunt̃. Licet Alcmæon poeta cæli & terræ magnoꝝ deoꝝ fi
lias putauerit. Varro aūt ut ſcribit Seruius tres tantū muſas eſſe cōmemorat. Vnam quæ ex aquæ inaſcit̃ Muſæ
motu. Aliā quā aeris ictus efficit. Tertiā quæ mera tm̄ uoce cōſiſtit. Earū ſimulachra multiplicata ſunt ut

idem tradit Varo:quod in ancilibus accepimus ita ut nouem exiſtimentur:quas fuluius nobilior ægregie
Mnemo pictas romam tranſtulit ex ambracia.Vnde græcus poeta mellifluam Sapho laudauit quaſi decimam mu
ſine una ſam:cuius ſenſum nos latine ſic expreſſimus.Mnemoſyne obſtupuit modulantem carmina ſapho credi-
muſarũ dit & decimam uiuere Pieridem.Non caret autem ratione nouem muſarum numerus Placuit enim He-
ſiodo.octauam muſam Vraniam eſſe.quoniam octaua ſphæra quæ ſeptem uagam amplectit̃ proprie co-
lum uocatur:Nam nona omnium maxima per Calliopem a quibuſdam accipitur.

¶AERA:ærea quoq; inſtrumenta.¶Repulſa repercuſſa. ¶Aere:alio æreo inſtrõ. ¶Dabunt tinni-
PAV. tus ex colliſione æris fit tinnitus qui ita ab ipſo ſono uocatus eſt.¶Ipſa ſedens:ſimulachrum ipſius iſtar
MAR. ſedẽtis.¶Feretur:in ipſa pompa.¶Molli ceruice mollium:& effœminatorũ comitum.¶Ex ululata:ulu
latu celebrata.¶Per medias uias urbis:per urbem ipſam.¶Scœna uocat:itur in theatrum.Quod cũ ha
beret formam hemicycli ſpacium quod erat iter duo cornua erat ſcœna.Vnde aut ludẽtes:aut agentes fa
Ludi me bulam egrediebantur.Nunc autem fiebant ludi:quæ megaleſia uocabant.Ita enim dicebantur ludi magnæ
galeſia matri deum facti:de quo Liuius in bello macedonico.M.Iunius Brutus ædem magnæ matris deum in pa
dicti latio dedicauit:& ludos ob eam dedicationem factos megaleſia appellauit.Et uocant ludi qui nunc exhi-
bentur.¶Spectate quirites:ludos ipſos.¶Et fora litigioſa.contẽtioſa ubi litigatur ante prætorẽ.¶Va
cent ſuo marte:per tranſlationem a bello uacent a litibus.¶Quærere multa:libet:uellem de multis iqui
rere:ad hæc ſacra ptinentibus.Sed terret me ſonus æris acuti:exterior tinnitu æris acute reſonãtis.¶Et
lotos:tibia ex lotho.¶Adunca:incurua terret etiam me.¶Horrẽdo ſono:horrorẽ incutienti.Lothos.n.
M.Iuni⁹ ut Pompeius inquit arboris genus eſt ex cuius materia fiebant tibiæ &c.Ideo lothos poeta dixit.ſed de ea
brutus plura diximus in primo libro.¶Da dea:dic tu dea cauſam huius ſonitus. Cybeleia.ipſa deorum mater.
ædẽ ma ¶Vidit neptes.muſas iouis & memoriæ filias:ſic ipſius matris neptes.¶Quam ſcyte doctas:omni do
tris deũ ctrinarum genere cumulatas.¶Quam ſcite quam eleganter.Vnde apud Terentium . Scitus puer natus
in pala- eſt ideſt elegans.¶Et iuſſit has:muſas.¶Adeſſe curæ meæ.& reſpondere & docere:ſiqd eſſet in quo du
tio dedi bitarem.¶O alumnæ heliconis.o muſæ quæ educatæ eſtis in helicone monte.¶Memores mãdati quod
cauit mandauerit uobis mater deorum adeſſe mihi.¶Pandite:demõſtrate.¶Cur dea magna:ipſa magna ma
ter.¶Gaudeat ſuo aſſiduo:non itermiſſo in ipſis ſacris.

Sic ego ſic erato menſis cythereius illi
Ceſſit φ teneri nomen amoris habet:
Redita ſaturno ſors hæc erat optie regũ
Anato ſceptris excutiere tuis:
Ille ſuã metuẽs ut quæq; erat edita ꝓlem
Deuorat imerſam uiſceribuſq; tenet:
Sæpe Rhea q̃ſta ẽ totiẽs fœcũda nec unq̃
Mater & idoluit fertilitate ſua (ſtas.
Iuppiter ort⁹ erat pro magno teſte uetu

¶SIC erato : hæc muſa ab amore appellatur & nupti-
AN T. as adinuenit. Bene igitur electra eſt ut dicat quæ ad ue-
FAN. nerem pertinent.¶Menſis cythereius illi ceſſit.per in-
terpoſitionem dictam eſt . Cythereium autem menſem
Aprilem uocat : quia dicatus eſt Veneri quæ in cythera
Cythe- inſula educata dicitur quæ olim Porphiris dicta eſt : ubi
ra por- æneas matri templum extruxit teſte Dionyſio Ea dicta
phyris re a malea promontorio quinque mil.paſſuum putatur.
ad quam Venus concha delata eſt . ¶Reddita ſaturno
ſors hæc erat : ferunt Saturnum cum audiſſet eſſe in fa-
Saturn⁹ tis:ut aliquando filius ei regnum adimeret comediſſe par
filios e- tus qui ex Ope nati eſſent quod ideo fingitur teſte diuo
debat Auguſto:quia diuturnitas temporis æternitatis deus eſt
& autor temporum ut inquit quicquid gignit ipſa conſu
mit.Saturnus enim Macrobius.Vnde a græcis immutata littera chronos quaſi chronos uocatur.Eam ob
cauſam ops cum iuppiter eſſet in lucem editus ſeruari filium cupiens Saturnum decepit lapide in os eius
abaddir iniecto qui Abaddir dicitur teſte Priſciano:& a Saturno pro ioue deuõratus eſt.Ipſum autem iouem cure
Gallorũ tibus & coribantibus cuſtodiendum dedit:qui pulſantes clipeos ſuos & galeas egerũt ut uagitus iouis pa
tinnitus trem laterẽt.In cuius rei memoriam Galli cibelẽ comitantes urbẽ ſtrepitu & tinnitibus complebant.Alia
ꝑ urbẽ ad hunc locum pertinentia quæ antiquitas fabulata eſt non imprudẽs prætereo Eſt autẽ ſciẽdum Rheam
Rhea & Opem eandẽ eſſe quæ dicitur ſaturni uxor & ſoror:cuius diis feſti autoribus feſto Varrone Opalia di
Opalia cebantur:celebrabanturq;(ut ſcribit Macro.)mẽſe decẽbri quẽadmodum & ſaturnalia omni iam fœtu ar
Saturn⁹ borum coacto . quoniam ſaturnum & Opem repertores frugum ac fructuum crediderunt quos nonnulli
a ſatu cœlum & terram eſſe arbitrati ſunt.Saturnumq; a ſatu dictum.cuius cauſa de cœlo ẽ.& terram Opẽ cui⁹
Ops ope humanæ uitæ alimenta quærũtur.uel ab ope ꝑ quod fructus frugeſq; naſcuntur:cui deæ ſedẽtes uo-
ta concipiebant & de induſtria terram tangebant.Eſſe autem opem & Cibelen unum numen Oui.oſten-
dit alibi.ut ipſe quoq; auſonias Cæſar matreſq; nuruſq; carmina turrigere dicere iuſſit opi. ¶Anato ſce-
ptris excutiere tuis ſunt qui tradunt ſaturnum timẽtẽ nc a filio regno pelleretur ioui paraſſe inſidias Qđ
cum is cognouiſſet patrem e regno dicitur pepuliſſe.¶Nec unq̃ mater:cum ſaturnus filios abſumeret.
PAV. ¶SIC ego:dixeram.¶Sic erato:reſpondit.ſ.Erato enĩ una ẽ ex muſis:elegiſq; fauet uatibus dictaq; ẽ ab
MAR. ερασ φ ẽ amo:quod præſit his q amoris faces rẽcinnũt:hẽt hæc aprili mẽſe ius cũ hic mẽſis ſit ueneri &
amorib⁹ ſacer.¶Mẽſis cythereius:ueneris mẽſis hoc ẽ aprilis.¶Ceſſit illi:erato.¶Quod hẽt nomẽ te
neri amoris:nã ερος ερατος amor:unde & ipſa Erato dicta.¶Reddita ſaturno:uerba ſunt ipſius erat⁹ re
ferẽtis ſaturni & iouis hiſtoriam:quæ erit paulo altius repetẽda:Saturnus ut poetæ referunt.Erat monit⁹
ne prolẽ uirilis ſexus ſuaret:nam ab ea deiiciẽdus eẽt e regno.Ex quo deſtinauit omnem prolẽ interimere
nato ioue oblatum ẽ ſaxum:quod pro filio deuorauit.At iſans iuppiter in dicteum montẽ:ut aliqui in idã

cretenſem tranſlatus educatuſq; eſt:& cū uagiret:ne a Saturno audiret̄:pulſant̄ tympana & tybiæ:ſic a patriis inſidiis tutus fuit.Aliter tñ ex hiſtoria ſacra Euhemeri a Lactantio refert̄.Saturnū.ſ.cœli ex ueſta filiū fuiſſe:& Titani fratrē:uxorēq; Opim duxiſſe Titanus q maior natu erat regnū poſtulabat:perſuadent mater & ſorores ſaturno ne cōcedat:qđ ubi ille pſenſit:firmat cū ſaturno fœdus ut ſi quis liberoꝝ ei uirilis ſexus natus eſſet:necaret̄.Idea eā fecit:ut ad ſuos natos regnū rediret.Itaq; qui prīo nat⁹ eſt:necat⁹ ē.Deide poſterius nati ſunt gemini:iuppiter & iuno:ſed iunonē ſolam Saturno in conſpectu dedere.Iouem autem abſcondentes ſaturno inſcio educandum dedere.Item neptūnū clam a ſaturno ops parit:eūq; clanculum abſcondit.Et cū deīde pareret Plutonē:& Glaucā:fœmella pr̄i oſtenſa:clam pluto ſeruatus eſt glauca parua emorit̄:qđ ubi reſciuit Titanus cū filiis uenit:ſaturnū:& opim cōprehendit.īcluſitq; eū cōpedibus.Sed adultus iuppiter:cū cretenſibus ueniens Titanū & filios expugnauit & parentes e uinculis liberauit.Et patri regnū reſtituit.Sed poſtea admonitus forte ſaturnus ut a ioue caueret:ne eum regno pelleret:ioui inſidias parauit. Quo cognito iuppiter patrem fugauit:& regnum ſibi uendicauit &c.Hæc illæ poetæ hiſtoriam ipſam peruerterūt.ſed de pulſo ſaturno plura diximus in primo libro.Nūc ſic inquit muſa ¶Hæc ſors erat reddita ſaturno:hoc acceperat ſaturnus reſponſum.¶Optime regnum:rex optime ad illud reſpexit: quod eo regnante fuiſſe dicitur aureum ſæculum.¶Tu excutiere.a nato filio.¶Tuis ſceptris.īſtrumētū pro re.i.tuis regnis filius qui tibi naſciturus eſt te e regno eiiciet.¶Ille ſaturnus.¶Metuēs ſuam prolem: ſuos filios.¶Vt quæq; erat edita:nata ut quiſq; uirilis ſexus naſcebatur.¶Deuorat qa dicūt oſtēſum ꝑ iure ſaxum:& illud deuoraſſe.¶Et tenet imerſam:ſobolem obruptam ¶Viſceribus tenet ītra uiſcera qđ deuorauit.¶Rhea:quæ & ops iouis mater ſaturni uxor.¶Eſt quæſta toties fœcunda nec unq̄ mater q̄rebatur quod totiēs pareret:nec unq̄ ſeruabatur filius:quo mater dici poſſet.¶Et indoluit ſua fertilitate: quod erat in fœcunda:cum totiens pareret.¶Iuppiter erat ortus:natus.¶Vetuſtas creditur pro magno teſte:nouis aliis huiuſce rei teſtes.niſi uetuſtatem.¶Cui eſt adhibēda fides:tanq̄ magno & præſenti teſti.

De opi dea uaria opio in filiis eius

No.quomō poetæ hiſtoriam peruertunt

Creditur acceptam parce mouere fidē:
Veſte latēs ſaxum cœleſti gutture ſedit:
Sic genitor fatis decipiendus erat:
Ardua iamdudum reſonat tinnitib⁹ ida.
Tutus ut infanti uagiat ore puer.
Pars māib⁹ clypeos galeas ps tūdit ianes
Hoc curetes habēt:hoc corybātes op⁹:
Res latuit patrem priſciq; imitantia facti:
Aera deæ cōites raucaq; terga mouēt:
Cymbala ꝓ galeis ꝓ ſcutis tīpana pulſāt:

ANT. FAN.

¶ACCEPTAM parce mouere fidem:qa qđ uetuſtas accepit & credidit a nobis quoq; recipiendum eſt ne lædatur autoritas uetuſtatis.¶Iamdudum:hoc aduerbium interdum placet Seruio q̄primum ſignificat & nimium ¶Reſonat tinnitibus idæ:idam cretæ dicit de qua Vir. Mons idæus ibi O gentis cunabula noſtræ:ibi idæi dactili quos Curetes ſiue Corybantes poetæ appellant:teſte.Diome:excogitarunt luſus genus:celaruntq; uocem iouis infantis ut dixim⁹ ſupra.Fuit autem luſus ut concurrerent æneis clypeolis tinnitumq; æris facerent non ſine rythmica pedis dactyli compoſitione unde a montis nomine & qualitate facti idæi dactyli appellati ſunt. Eſt & ida in phrygia cui ab ida cretæ Teucer nomen dedit poſtq̄ e profectus in phrygiā.¶Hoc curetes habent hoc corybantes opus.Sperat Curetes a coribantibus ſecundum eos qui uolunt alios eſſe Curetes alios coribantes.Placet enim Diodoro:Corybantum fuiſſe Iaſii filium quem uult poſt patris interitum cum Dardano ſacra cybelis in phrygiam trāſtuliſſe initiatoſq; ſacris coribantes nominaſſe.Curetes autem eſſe a terra genitos ſiue idæorum dactylorum progeniem quibus multarum rerum inuentionem tribuit.Cæterum Strabo in decimo ſuæ geographiæ multa ac pœne inexplicabilia de curetibus refert:quos nonnulli ex carnania genus duxiſſe uolunt quidam ex Etholia alii ex Euboia alii a Creta.Et uel dictos curetes a cura tonſuræ. quod qui Euboiam incoluerunt ab occipite capillati fuerint & a fronte detonſi Vel ab Heroe quodam.Vel a monte Curio qui pleuroni imminet cum ii in ætoliam habitatum migraſſent. Vel a Cura iouis alendi quia ſunt qui dicant nouem in rhodo fuiſſe Telchines rheæ comites in Cretam qui quoniam alendi iouis curam geſſerunt Curetes nominati ſunt.Alii Curetes ætoliam habitantes ſic dictos tradunt quod ſicuti coræ.i.puellæ longas ſtolas induerent. Lege cætera apud eundem coſmographum hac lege ne rideas ubi etiam inuenies eſſe qui Curetas Coribantes & ideos dactilos eoſdem eſſe tradiderunt.

Coribātū luſus

Coribātes Curetes

PAV. MAR.

¶PARCE mouere fidē acceptam:quaſi noli tu turbare credulitatē rerum.quas a ueterib⁹ accæpimus.ſed credas etiam tu ita fuiſſe.¶Saxum latens ueſte.ſaxum quod pannis inuolutum.eſt illi pro ioue oblatum. ¶Sedit cœleſti gutture:deuorauit ille:& in eius gutture ſedit.Quod phiſice ad tēpus refertur.quoniā ad oīa deuoret.qđ in primo libro attigim⁹.Sic genitor.ſaturnus.¶Erat decipiēdus.pro ſeruāda uirili prole. ¶Ardua ide.mons idæus.in creta adultus.& aſcēſu difficilis.¶Reſonat iādudū.ex quo nat⁹ erat iuppit̄ reſonat mōs tīnitib⁹ æris ne uagiēs puer audiat̄.iō iqt.¶Vt puer.īfans iuppit̄.¶Tut⁹ ab īſidiis.ſ.pr̄is. ¶Vagiat.uagitū edat.nā uagire pueroꝝ ē.¶Ore īfanti.cū ipſe īfans eēt.¶Pars ipſoꝝ miniſtroꝝ.Tūdit uerberat.¶Clypeos manibus aliqui legūt ſudibus.Sic eni hic uerſus apud Lactantiū ē qa baculis pulſabat clipeos.¶Pars tundit galeas inanes cōcaua & uacua capitū tegmina ærea.uñ tinnitus ederet̄. Hoc opus habēt Curetes.hoc Corybātes:hoc offm̄ dū educabat̄ iuppiter exercebāt curetes & corybātes:¶Et enī poſt ideos dactylo qui in Creta fuere ſecuti ſunt ut Diodo.iqt curetes quos quidā ex terra genitos uolunt.Alii progeniē ideoꝝ dactyloꝝ habitaſſe aūt in mōtib⁹.tecta & idumēta q̄ natura præberet habētes nōdū reptis domib⁹.A qbus multa ad uittē utilia inuēta ſunt primi greges ouiū cogere.pecora alia man-

Caretes & caribantes

ſueſacere:mellis uenandi:ſagittandiq; modum induxere:repperere inſup enſem galeam:ac cũ armis ſaltã di morẽ:quorum ſtrepitu permagno Saturnus decept⁹ ẽ. Aiunt enim iouem:clam ſaturno:ab rhea matre datum:ab his nutritum fuiſſe. Atthematus aũt euboeus:Stra.referẽte. Curetas inquit calcydem icoluiſſe ſed aſſidue de lelanto campo bellum gerẽtes:cum hoſtes anteriorẽ captarent Cæſarẽ eoſq; diſtraherent: ac occipite capillatos extitiſſe:a fronte detonſos. Vñ a cura ideſt a tonſura:curetes ideſt detonſos appellati:& in ætolia habitũ migraſſe:ubi cũ intonſa ſeruarẽt capita: A carnanes cœpiſſe nominari. Pleriq; ab heroe quodã utrũq; nationẽ nomẽ tenuiſſe aiunt: Alii a monte quodã curio pleuroni iminent:curetas nominatos Alii dæmonas quoſdã:deorũue miniſtros curetes uulgãt Alii eoſdẽ eſſe curetes:& cyribãtes:& caberos:& idæos dactylos:& telchines oſtẽdũt. Et paulopoſt de Corybantib⁹ proſequiẽ Strabo: Plures opiniones referẽs. Additq; poſt multas: Veriſimilius inqt ſcepſius:eoſdẽ eſſe curetes:& coribantes:qui ĩ matris deorum ſacrificiis armati ſaltantes:caſti & puri ſunt aſſumpti ideo aũt corybãtes appellari:qd iter ſaltandũ capita iactent:quod choryptin dicitur:quos Betarmonas uocat Homerus. Hinc qui capita ſaltãdo iactant & numine aſpiranẽ & furiis agitanẽ:corybantiare dicim⁹. Diodor⁹ uero inqt iaſium corybantum genuiſſe:mortuo iaſio Dardanus:& corybantes in phrygiam ſacra Cybelis detulerunt. corybantus inicia tus ſacris: Corybãtes nominauit &c. Res latuit patrẽ. qa iouis educatio Saturno nunq̃ apta fuit. ¶ Comites:ipſi miniſtri cybeles q eã in põpa comitanẽ. ¶ Mouent æra:pulſat ærea inſtrumenta:ad tinnitus edẽdos. ¶ Et terga rauca timpana ipſa ex tergis hoc ẽ ex coriis:rauce reſonãtia. ¶ Imitamina priſci facti ad imitationẽ eorũ:quæ ipſi curetes fecerant in educando ioue. Aliqui legunt priſciq; imitantia facti & eorũ tendit ſnia:quæ ſunt imitatricia ueterum factorum:& Lactan. inquit. Quicquid eſt geſtũ in abſcõdẽdo puero:id ipſum per imaginem gerĩ in ſacris. Quod Ouid. exponit in faſtis:& adducit hos octo uerſus ſimul lib. i. inſti. Verũ ut idẽ quoq; tradit:hanc totam opinionẽ:quaſi a poetis fictam Saluſtius reſpuit:uoluitq; ingenioſe interprætari:cur altores iouis dicanẽ curetes fuiſſe:ſic ait. quia pricipes diuini ĩtelligẽdi fuerunt:uetuſtant:ut cætera in maius componẽtẽ:altores iouis celebrauiſſe:& reliqua. Hũc comulate fefellit ipſe Lactan. ¶ Pulſant:ergo. ¶ Cymbala:ipſa parua timpana. ¶ Pro galeis. loco galearum. Cum prius cõſueſcent pulſare galeam & clipeum nunc pulſabant cimbala. & timpana. Ideo pro ſcutis pulſant timpana.

Curetes dicti a cura & a tõſura

Corybã tus iniatiat⁹ ſocris dixit alios ſacerdotes corytes

ANT. FAN.

Tibia phrigia

¶ TIBIA dat phrigios ut dedit ante modos. Virgi. in viii. æne. Ite per alta dindima ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum. Nouimus autem romanos (ut ſcribit Seruius) ſacra matris deum more phrigio coluiſſe. idem etiam tradit tibiam phrigiam ſinpares:& inequales cauernas habuiſſe & dextre quidem unum foramen fuiſſe ut ſcripſit. Varro ſiniſtræ duo quorum unum acutum ſonum habuit. alterum grauem. Dicta eſt autem tibia quod cum olim ſimplex eſſet ex oſſe. fieret tibiarum. quales graues habent & aues eiuſmodi. Obliquæ tibiæ inuentionem Pli. midæ phrigio tribuit geminarum uero tibiarum Marſiæ Alii tibiæ inuentorem fuiſſe apollinem uolunt Alii Euterpen unam muſarum. Sed ut cum tibiis uoce caneretur trezenum dardanum inſtituiſſe tradunt. ¶ Genus acre leonum leones matris deorum currum trahunt quia (ut placet Seruio) omnis feritas maternæ effectioni ſubiacet. Vel ut Macrobio qa hæc dea terra eſt quæ ab aere uehitur quem continet cœli ambitus:cuius natura ſimilis eſt leonum ualidorum animalium impetu atq; feruore. Suſtineri autem rotis eadem dea dicitur: quia mundus rotatur & uolubilis eſt. ¶ An primis turres urbibus ipſa dedit:turrium inuentio nõ datur matri deum. ſed ægiptiis potius. Erat autem Cibelis ſimulachrum capite corona turrium iſignito quia ipſa eſt terra quæ oppida & turres ſuſtinet. ¶ Impetus. furor quo impelluntur galli ſibi abſcindere pudibunda.

Tibia dat phrygios ut dedit añ modos
Deſierat cœpi cur huic gen⁹ acre leonũ:
Præbeat inſolitas ad iuga curua iubas:
Deſieram cœpit feritas mollita per illam
Creditur id curru teſtificata ſuo eſt:
At cur turrifera caput ẽ onerata corona.
An primis turres urbibus illa dedit:
Annuit unde uenit dixi ſua mẽbra ſecãdi
Impetus ut tacui pieris orſa loqui:

Tibia uñ diciẽ

Leone trahunt currum cibeles

Turriũ inuẽtio

PAV. MAR.

¶ TIBIA. quæ ex lothi materia erat. non ẽ mutata. ¶ Dat phrigios modos modulos ſonoros q̃les ĩ phrigia edebantur. ¶ Vt dedit ante prius quam ipſa ſacra deferrentur in urbem. ¶ Deſierat. loq ſcilicet ipſa erato. ¶ Cœpi. ego ſcilicet loq. ¶ Cur huic matri deum. ¶ Gẽus acre leonũ. ipſi acerrimi leones. ¶ Prebeat comas inſolitas iubas non aſſuetas ferre iugũ. ¶ Ad iuga curua: ad currum quem ipſi iugati trahũt. Leones enim agunt currum magnæ deorum matris aliqui legunt iubas inſolitas & idem eſt. ¶ Deſieram ego ſcilicet loqui. ¶ Cœpit ipſa erato loqui. ¶ Creditur feritas mollitas manſueſacta. ¶ Per illam cibellẽ iccirco leones trahunt eius currum quia prima fuit quæ truces & feras beſtias manſueſecerit. Sed in decimo met. alia cauſa affertur. De hipomene & atlanta. cum pomis ille aureis a Venere datis eam curſu deciperet & ſuparet. impatiẽs amoris cum in tẽplo cibelis congrederetur. Dea ambos conuertit in leones & eos currui alligauit. Sed muſa refert cauſam ad manſueſactam feritatẽ. Sed ab initio alii alia animalia reddiderit manſueta. ¶ Ideſt teſtificata ipſa cibele. ¶ Suo curru ubi habet leones alligatos. ¶ At cur ẽ onerata caput cur habet caput oneratum. ¶ Corona turrifera ferenti turres nam turrita pingiẽ. ¶ An illa dedit turres primis urbibus. an prima ipſa fuerit. quæ turres urbibus cõſtruxerit. ¶ Annuit affirmauit muſa ita eſſe. eam ſcilicet turres dediſſe. Plinius uero id muneris aliis aſſignat. inquit enim Traſon muros: Turres. ut Ariſto. Ciclopes tripini ut Theophraſtus ægiptii. ¶ Dixit ego. Vnde uenit impetus ille furor. furor. ¶ Secandi ſua membra cur miniſtri magnæ matris ſecant pudẽdas partes & abſcindũt ipſa genitalia

Fabula de hipomene & atlanta

¶Vt tacui:ego.¶Pieris.erato a pierō mõte:uel ab ipſis pierib⁹.¶Sic orſa loꝗ.ſic loꝗ cœpit.¶Phryx puer ī ſiluis cām erato refert ad attyn pueꝝ:quē Cibele amabat:qui ꝗa fidē fregit diſſecuit eam partē:qua illā læſerat : inde morē habuiſſe inquit initiū : & de hoc Lactan.Deum inquit mater & amauit formoſum adoleſcentē:& eundē cū pellice deprehenſum:exectis uirilibus ſemiuiꝝ reddidit. Et nūc a gallis ſacerdoti bus ſacra eius celebrant̄ &c.Sed nos ut aliud ad hanc rē adducamus.Illud aduertēdū erit:qd poetæ eandē eſſe cibelē:& rheā deoꝝ matrē oſtendere uident̄.Veꝝ Diodo.menonē phrygiæ:idiæq; regē fuiſſe refert. Qui uxorē duxerit Dindymenē.Ex ea natā fœminā:cū nutrire nollenta ſe expoſitā in cibellum montem hanc pardali:aliæq; feræ nutrierūt:quā uidens ſtupenſq; miraculo mulier q̄dā pecora paſcēs:cā ſuſtulit:& a loco cibellem nominauit.Quæ adulta & forma:& prudētia excellens fuit fiſtulā compactam & ad luſum choreas:Cymbalū:Tympanūq; prior aduenit:& pecoꝝ & pueroꝝ morbis remedia. Et ꝗa multos in ſinu fouit:& ob amorē ſingulis ꝑſtitū:matrem ab oībus dictam ferunt.Hæc ꝑuecta ætate adoleſcētem quēdā eius regionis Atthym nomine dilexit:Quem poſtmodū dixerunt papam. Cū eo clam colens grauida facta eſt.Quod ut parētes norunt: ī regiam accitam.ut Virginem pater ſuſcepit:& Attym:& nutrices īterfici iuſſit:atq; īſepultos abiici Cibellem dolore perculſam.inſanā effectā in publicū prodiſſe ferunt.Solāq; uniuerſam patriam paſſis crinib⁹ perambulaſſe.Miſertus marſias illam ſequutus eſt poſt certamē cū Marſia.Apolline eius amore captū ferunt:& cum ea uſq; ad Hvpboreos erraſſe.Sed uexatis morbo phrygiis: reſponſum eſt ex oraculo:ut Atthyos corpus ſepelirent:ut Cibellem uenerarent̄:ut deam.Sed cōſumptū tēpore:cum atthios corpus nō inuenirēt:imaginem eius fecere:circa quam planctu ac lamentis ſacra inibant Cibelis uero Ara erecta annis ſingulis ſacrificabāt.Poſtmodū ī peſimonte oppido phrygiæ:ſūptuoſe cōſtructo tēplo:honores illi ſacraq; ſolēnia cōſtituere.Myda rege ad:ea plurima cōferente.Poſitiq; erāt circa deæ ſtatuā pardaſi:ac leones a ꝗbus olim eēt enutrita.Hæc ille Idq; ſupremū pro rōne quoq; afferri poſſet ſuperiori quæſtioni.Cur leones ad currū habeat:

Sacra
cybelis
uñ hūe-
rit ortū
ſecundū
Diodo-
rum

Phryx puer ī ſiluis facie ſpectabilis altis
Turrigeram caſto iunxit amore deam:
Hunc ſibi ſeruari uoluit ſua tēpla tueri
Et dixit ſemper fac puer eſſe uelis:
Ille fidem iuſſis dedit & ſi mentiar īquit:
Vltima qua fallam ſit uenus illa mihi:
Fallit & in nympha ſagaritide deſinit eē
Quod fuit hinc pœnas exigit ira deæ:
Naiada uulnerib⁹ ſuccidit ī arbore factis
Illa perit fatum naiados arbor erat:

¶PHRyx puer:de hoc ſcriptores uarie fabulant̄.Nam ut ſcribit Seruius Atys puer ſpecioſus cum magnæ matris ſacris præeſſet a rege ciuitatis ſuæ amatus eſt:a quo cum intelligeret uim ſibi inſtare clam in ſiluas profugit ubi cum inuentus uim ei ſtuderet iferre uerenda ſtupratoris abſcidit:qui moriens eandem ipſam corporis partem puero abſtuliſſe dicitur:quem cum antiſtites deæ ſemianimem ſub pinu inueniſſent : perlatum in templum fruſtra reficere conati defunctum tumularunt : cuius ut perpetua memoria maneret magna mater inſtituit : ut quotannis in ſacris ſuis plangeretur pinumque arborem tutelæ ſuæ aſcripſit : effecitque ut cultores ſui uiriles ſibi partes amputarent qui cū gladiis ſuis eſſe fingūtur:ut ſignificetur omnibus pro terra ſua eſſe pugnandū Ouid. autem in hoc loco uult puerum ipſum dilectum a Cibele & deæ ipſius ac datæ fidei immemorem cū cognouiſſet nympham Sagariti filiam ſtatim in furorem uerſum ſibi uirilia amputaſſe.Catullus uero eius furoris cauſam nō deæ:ſed gallo flumini tribuit. cuius aquis epotis puerum dicit in furorem actum abſcidiſſe ſibi eam quam diximus corporis partem. Diodo. autem uult Cibelen ab hoc puero fuiſſe compreſſam:eumq; iuſſu parentum cibelis interfectum. Sciendum placuiſſe Porphyrio philoſopho ut refert diuus Auguſti.a quo Euſe.non diſſentit atyn excaſtratū nihil aliud ſignificare ꝗ florem qui decidit ante fructum.Fuit & Atys Croeſi filius qui in uenatione ab Adraſto interfectus eſt autóre Herodoto:Item Atys iunior eius frater qui imminēte percuſſore patri cum antea mutus fuiſſet uocalis euaſit.¶Caſto amore:Vide Diodoꝝ qui.aliter ſentit.¶Fac puer eſſe uelis:caſtus & incōruptus.¶In nympha ſagaritida:Putant nonnulli nympham quam atys cognouit proprio nomine Sagaritiden appellatam:quod nō placet.Addita enim eſt ſyllaba(ut poetæ interdum faciunt)patronimico:utClioq; & beroe ſoror oceanitides ambæ : Deduciturq; nomen a Sagaro quem fluuium conſtat fluere per phrygiam ad oppidum Berecintum ¶Fatum naiadis arbor erat:Hamadriaden eſſe oſtēdit quā Naiaden dicit.Sunt enim Amadriades nymphæ quæ cū arboribus & naſcuntur & pereunt.

ANT.:
F ꞁN.
Atys &
eius fa-
bula

Puer di
lectus
acybele
atys

Atys
croeſi fi
lius
Sagariti
des

Hama-
driades

¶PHRyx puer:atthis e phrigia.¶Spectabilis facie:formoſus.¶In ſiluis altis-iunxit deā turrigerā:cœpit Cibelē gerentē turres in corona.¶Caſto amore:ꝗa illa atti caſte amauit.¶Voluit:dea.¶Tunc ſeruari ſibi:ne cui alteri:iungeretur amore:ſibi ſoli ſeruari puerum uolunt.¶Pueri ſua templa:ut ille cuſtodiæ templi præeſſet.¶Et dixit fac ſemper uelis eſſe puer:purus & caſtus:ne qua uoluptate corrumpare eē ¶Puer:ætate.Sexum & cōditionem dicit.¶Ille:attis.¶Dedit fidem iuſſis:iurauit ſe ſeruatuꝝ quod illa iuſſerat.¶Et inquit ſi mētiar:ſi fallam fidem & nō ſeruauero:quod ꝓmiſero.¶Illa ſit mihi ultima uenus: ille ſit mihi ultimus coitus.¶Qua:uenere ſeu quo coitu.¶Fallam:decipiam q̄ſi ut deinceps coire cū aliꝗ nō poſſim.¶Fallit:quia fregit fidē.¶Et deſinit eſſe qd fuit:deſinit eē puer & caſt⁹.¶In nympha ſagaritide:filia ſagaris fluuii q ē ī phrigia.¶Ira deæ:dea irata.Exigit ex debito poſcit.¶Pꝛenas hīc ex hoc ſcelere.Sagaꝝ uñ ſagaritide fluuium phrigiæ.Herod.oñdit Liui.uero de bel.mac. fluuiū eē dicit Gallo græciæ:ꝗ per.phrigiā defluens:& ad berecinthum oppidum ptinēs:in ꝓponridē tādē influit &c. ¶Succidit: incidit ipſa Cybele.¶Naiada:nymphā ipſam ſagaritida.¶Vulnerib⁹ factis in arbore:oſtēdit illā poeta

PAV.
MAR.

Sagarū
uñ ſaga
ritide
flumen

nymphã fluminis:cũ dicat.Naiada a ανάω qđ ẽ fluo:& oñdit amadryda:cũ amadryades ſint deæ arbore: q̃ cũ his naſcũt:& moriunt.Sic nũc illã ſuccilam ingt i arbore tanq̃ amadriada:qa ſuecidit arborẽ in q̃ il la uiuebat uiuẽte arbor:moriẽte arbor mortua ẽ ipſa.℄ Illa perit:extiɛ̃ta ẽ.℄ Fatũ naidos erat arbor:nã q̧ diu ſeruata eſt arbori icolumis:ſeruata eſt & nympha.

Hic furit:& credẽs thalãi ꝓcũbere tectũ
Effugit & curſu dindyma ſũma petit:
Et mõ tolle faces remoue mõ uerbera cla
Sæpe paleſtias iurat adeſſe deas:(mat
Ille etiam ſaxo corpus laniauit acuto
Lõgaq; i imũdo puluere tacta coma ẽ:
Voxq; fuit merui meritas do ſãguie pœ
Ah pereãt ptes quæ nocuere mihi:(nas
Ah peãt dicebat adhuc on⁹ iguis aufert:
Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta uiri:
Venit i exẽplũ furor hic molleſq; miniſtri
Cedunt iactatis uilia membra comis:
Talibus aoniæ facunda uoce camœnæ
Reddita quæſiti cã furoris erat: (tita
Hoc quoq; dux opis mõcas p̃cor uñ pe-

ANT. FAN. ℄ Hic furit:agit in furorẽ atys credens tecta ꝑeumbere cũ reuera ñ eẽt qđ uidebat ℄ Paleſtinas deas:furias quæ

Palcſtine deæ

tres ſũt:Alecto Tiſiphone & Megæra noctis & herebi filiæ.Has nõ a Siria paleſtina quã maxia gens iudeoꝝ habitauit.ſed a paleſtina quæ ẽ Epiri regio paleſtias dictas nõ dubitamus:de q̃ ingt Luca. Paleſtinas uncis confixit harenas:qm̃ in Epiro eſt acheruſia.& cũ Varro tẽpla eſſe

Aretuſia tẽpla

doceat,in cœlo:in terra : & ſub terra: de poſtremo illud legit.Acheruſia templa alta orci ſaluete infera.℄ Partes quæ nocuere mihi : pudibũda quibus matrem deum mihi infenſam reddidi.℄ Venit in exẽplum:qa comites cybe ris ſiue galli ſibi uirilitatẽ amputarunt. ℄ Quæ ſiti furo ris:nõ quæſiti a gallis ſed cuius cauſam ipſe quæſieram. ℄ Hic:attys.℄ Furit furore corripit.℄ Et eredẽs ꝑeũbere tectũ thalami.cum furore pcitus exiſtimaret corruere tectũ Effugit & petit curſu ſũma dyndima:furore agebat celeri curſu in altos phrygiæ montes. Dyndima.n. mõtes ſunt in phrygia:unde & cybele dyndimene dicta. ut teſtatur ẽt Strabo. ℄ Et elamat modo tolle faces:uidebat uidere furias ſe ipm inſectãtes facibus:& uerberibus iõ. ℄ Tolle faces:remoue uerbera:noli dea cruciare me facibus & uerberib⁹ furiaꝝ:ideo ſubſeqtur.℄ Sæpe iurat adeſſe deas paleſtinas liceat tunc mihi ſine arrogantia rem mẽã tueri:ne qs me,mea laude defraudatũ iri

PAV. MAR.

Paleſte locus ẽ in ora priapi nõ in ſyria ſed i epyro

uelit.hic.o.locus a nullis unq̃ nr̃æ ætatis uiris itellectus ẽ:ꝑterq̃ a nobis:Primus ego explicui:& qcũq; ſũt poſtea interꝑtati:aut ſniam meã ſecuti.ſunt:aut nõ recte itellexerũt.Dicã primũ de loco.tũ de ipſis deabus.Paleſte locus ẽ i ora Epyri.apud Oricon:quo e nauib⁹ deſcendit Cæſar.cũ iret cũ exercitu aduerſus Põp.emandati codices cõmentarioꝝ Cæſaris teſtant.Sed in his impſſis deprauatus eſt locus. Sic.n.igt poſtridie terrã attigit germanoꝝ ſaxa inter & alia loca periculoſa:quietã nactus ſtationẽ:& portus oẽs timens:quos teneri ab aduerſariis arbitrabat ad eũ locum:q appellat pharſalia:oĩbus nauibus ad unã icolumibus:milites expoſuit &c.Qui appellat pharſalia ingt:eũ oĩno pharſalia dicere nõ debeat.Miror hoc alios nõ obſeruaſſe.In codice uetuſtiſſimo quẽ ego reperi & emi in calcide euboica:erat q appellat phaleſte ibi tantũmodo ſupabundabat aſpiratio.nã paleſte legendũ ut paleſtia:quod negari nõ pôt. Cũ Luca. in.v.pharſaliæ dicat lapſa paleſtinas uncis cõfixit arenas Loquẽs ẽt de claſſe Cæſaris Cõſtet ob id paleſtinas arenas i Epyro eẽe.Nõ.n.nũc agimus de paleſtina Syriæ annexa.Deas uero ipſas quis nõ apte uidet furias eſſe intelligendas cũ poeta faces:& uerbera addat.Nobis ãt:cũ de hoc loco q̃reremus fidelisſimus utriuſq; linguæ interpres:oĩ doctrinaꝝ genere:& laude cumulatiſſimus:in quo nuper magnã iacturã fecimus in antiqſſimo lyricoꝝ principioꝝ intreꝑte oſtendit furiarũ templum in Epyro fuiſſe. Item & in alio græco codice uetuſtiſſimo.Hoc nõ ſolũ mihi:ſed Põponio quoq; uetuſtatis indagatori diligentiſſimo demõſtrauit.Itaq; deæ paleſtinæ hoc in loco pro furiis accipiẽdæ:a tẽplo qđ erat in ea regione q̃s adeſſe ille iurabat attys cũ furore pcitus eſſet. ℄ Ille ẽt:attys.℄ Laniauit cor.ſa.acu.ſe ipm acuto ſaxo uerberabat: ita ut corpus laniaret. Abſcidit.n.lapideo cultro pudẽdam ptẽ:q̃ reliq̃rat.Coma longa:lõgi crines.℄ Eſt tra.i pul.imũ.ſordido.Verſabat ſe ipm i luto & trahebat inde:& fœdabat crines.℄ Et fuit uox:dicebat. ℄ Merui ita.ſ.plecti.℄ Do pœ:me.q̃ſi patior:qđ merui ſupplicium.℄ Sanguine:ſanguinis effuſiõe.℄ Ah pe.partes:corporis.℄ Quæ no.mi.pereant pudenda:q̃bus fidẽ uiolaui:q̃ faciũt:ut ita plectar:℄ Ah pe. di.adhuc:qa pluries repetebat eadẽ uerba.℄ Aufert onus iguinis:abſcidit ſibi genitalia.℄ Et ſubito nul-

Q ſio ſacerdotes galli abſcidebãt ſibi uirilia

ſunt reli.ſig.uiri:abſciſſis. uirilibus nullũ ſupfuit ſignũ quo Vir cognoſceret.℄ Hic fu.talis furor q̃lis in illo fuit.℄ Venit in ex.qa inde hũit mos originẽ.℄ Miniſtri:deĩde cibelles.Sequuti ſunt exẽplũ.℄ Et mi. mol.q ob id molles:& tanq̃ fœmine fiunt. ℄ Cedunt:incidunt.℄ Mẽbra uilia:pudẽdas ptes.℄ Cõis ia. ſolutis & excuſſis crinibus.Verũ Catullus aliter hyſtoriã retexens:oñdit attym per mare i phrigiã ueniſſe & ad gallũ fl.in furorẽ uerſum ſilice ſe caſtraſſe.Ait.n.ſuper alta uectus atis celere rate maria: phrigiũ ut nem⁹:citato cupidine:pede tetigit adiitq; opaca ſiluis redimita loca deæ Stimulat⁹ ubi furẽti uagus amnis rabie.℄ Deuoluit:exectus acuto ſibi põdere ſilicis.Itaq; ut relicta ſenſit ſibi mẽbra ſine uiro.Niueis citata cœpit mãibus leue timpanum &c.Ab hoc igitur initium ſumpſit iſta caſtratio:ut poſtea miniſtri deæ ſeu cultro ſiliceo ſeu texta uirilia execarent .unde Iuuena.in ſatira credo pud.inquit ecce furẽtis Bellonæ:matriſq; deum chorus intrat.& ingens Semiuir obſcœno facies reuerẽda minori:Mollia q rapta ſecuit genitalia texta:& reliqua.℄ Cauſa furoris quæſiti:de quo ego quæſierã.℄ Eſt reddita mihi.ſ.℄ Voce facunda:diſerta.℄ Talibus:uerbis.ſ.℄ Aoniæ camenæ.muſæ ab aonia de q̃ regione alias dixĩus.℄ Dux opis. o muſa quæ inſtruis me in hoc opere:Moneas hoc quoq;:hoc etiam doceas.

¶ VNde .pe.uenerit.Hãnibale Italiã deuaſtãte,iſpectis libris ſibillynis cũ crebi⁹ de cœlo lapidatũ eẽt:ut Li.ſcribit carmẽ,a deceuiris iuẽtũ ẽ pelli poſſe Itaľa uinciq; alienigenã hoſtem:ſi matris ideæ nnmẽ pcſſi nuntæ Romã aduectũ foret.Q d Syllius teſtaẽ his uerſib⁹:hoſtis ut auſoniis diſcederet aduena terris fati dicæ fuerãt oracula priſca ſibyllæ cælicolũ phrygiã genitricẽ ſede petitã laomedonteæ ꝑuãdã manib⁹ut bis.Q uo carmine ſenat⁹ eo magis motus eſt:q; legati q dona delphos portauerãt referebãt ſacrificãtibus ipſis Adollini pythio oĩa leta exta fuiſſe:Vñ placuit ut qnq; legati ad regẽ Attalũ mitterenẽ:q Aſiã ꝑetentes ab oraculo delphico reſpõſum accæperunt compotes ſe p Attalum regem eius rei fore quã peterent. Sed cum deuexiſſent tũ curarent ut eã q uir optim⁹ romæ eẽt hoſpitio acciperet . Igitur legati cũ pergamũ ad regẽ ſe contuliſſent attalus eos peſſinuntẽ in phrygiã deduxit : quo ĩ oppido ædẽ cybelis fuiſſe Diod.tradit.ſacrũq; his lapidẽ quẽ matrẽ deum incolæ eſſe dicebant tradidit:quẽ ibi terracinæ iã eẽ romæ nunciatũ eſt ſena⁹.p.Scipionem naſicam iudicauit in tota ciuitate uiꝝ optimũ eſſe qui cũ oĩb⁹ matronis hoſtiã ire iuſſus obuiã deæ:eãq; de naui accipere & in terrã elatã tradere referendã matronis:poſtq̃ nauis ad hoſtium amnis tyberini acceſſit a ſacerdotibus deam accæpit extulitq; in terram . Vnde eã matronæ in ædẽ uictoriæ que tum erat in palatio ꝑtulere pridie idus aprilis q dies feſtus fuit.Cæterũ poſtea dedicata æde matri deũ romæ ut infra diceẽ feſtũ eius conſtat ad nonas mẽſis fuiſſe tranſlatũ.nihil.n.fuit tã celebre apd romanos q̃ dedicationis dies.

Venerit an nr̃a ſp in urbe fuit? (iden
Dindymon & cybelen & amænã frõtib⁹
Semper et italicas mater amauit opes:
Cũ Troiã æneas italos portauit ĩ agros:
Eſt dea ſacriferas pene ſecuta rates:
Sed nõdum fatis latio ſua numina poſci
Senſerat aſſuetis ſubſtiteratq; locis:
Poſt ut Rõa potẽs opibus iã ſæcula qnq;
Vidit & e domito ſuſtulit orbe caput:

¶ Dindymon & cybe.mõtes phrygiæ a qbus dea ut diximus Dindvmene & cybele dicta ẽ.Oppidũ uero eius Piſin⁹ dr̃ a Stra.nũc oẽs peſſinũtẽ uocãt.Amenã fon.iden.Idã phrygiã conſtat eẽ fontib⁹ plenã:ut uenimus in plenã ucnatu & fontib⁹ idã:Vñ eã multifontẽ dixerunt ut autor eſt Stra.qd ueꝝ eſſe declarat fluminũ multitudo inde ĩ mare ꝓfluentiũ. ¶ Troiã:res troianas ut iliũ ĩ Italiã portãs. ¶ Sæcula qnq;:quingẽtos ãnos.nã ut.A.Gel.docet anno fere poſt Romã cõditã qngẽteſimo ac.xxxiiii:ſm bellũ aduerſus pænos ſumptũ eſt.Notãdũ ãt hoc loco ſæculũ ſignificare ſpaciũ cẽtũ ãnoꝝ: dictũ(ut Varrõi placet)a ſene:qd id ſpaciũ uitæ ſeis lõgiſſimũ puteẽ.uñ ſæculares ludi dicti ſunt:q(teſte Feſto)poſt cẽtũ ãnos fiebãt. ¶ E Domito orbe:Nõ re uera toto orbe ſed parte orbis ſubacta.Ergo a toto partẽ accipe.Nã(ut ingt Liuius)nullas tunc in Aſia ciuitates ſocias habebat pòpulus Romanus.

¶ VNde petita uenerit q̃ſi:unde romã aduecta fuerit. ¶ An ſemp fuit in nr̃a urbe:an ab initio romæ fuit an aliunde aduecta.Vexãte Italiã Hannibale:ex libris ſibyllinis lecto carmine:cõpertũ ẽ:alienigenã hoſtẽ Italia pelli poſſe:ſi mater idæa deportata romã eſſet.Ob qd ut Liuio referẽ.M.Val.Leuius q̃ bis cõſul fuerat:&,Cecilius galba legati:Gn.Tremellius Flaccus:&.M.Vale.falco quæſtores miſſi cũ.v.qnqueremib⁹ ex oraculo delphico accepere deũ matrẽ cõcedi:ſed Romæ a uiro optimo excipiẽdã eſſe hoſpitio. ꝓfecti poſt ea in phrygiã e piſinunte:tradente illã Attalo rege accepere.lapis erat:quẽ matrẽ deũ incolæ dicebãt Romãq; deportarũt.Præmiſſo falcone:q ferri deã nunciaret:mõeretq; a uiro optĩo excipiẽda eẽ. Habita ſunt comitia p.Q u.Cecil.dictatorem creatiq; cõſul.M.Cor.Cetegus:&.P.Sempronius.In eo cõuẽtu.P. Scipio naſica.Gn Cor.fi.illius qui ĩ hiſpania cecideꝛit:uir optimus a ſenatu iudicat⁹ adoleſcẽs nondũ quæſtorius.Is cũ oĩbus matronis.hoſtiã ire iuſſus obuiã deæ:Eamq; de naui accipere:& in terrã delatam tradere referẽdã matronis.Poſtq̃ nauis ad hoſtiũ amnis tyberini acceſſit ſicut erat iuſſus in ſalũ naue euect⁹ a ſacerdotibus deã accepit extulitq; in terrã:matronæ primores ciuitatis iter q̃s:unius claudiæ quintæ inſigne ẽ nomẽ accepere.Cui dubia:ut tradiẽ antea fama.clariorẽ ad poſteros tã religioſo miniſterio pudiciã fecit.Et per manus ſuccedentes:deide aliæ aliis:oĩ effuſa ciuitate obuiam:thuribulis ante ianuã poſitis qua ꝑferebaẽ:atq; accenſo thure ꝑcantibus:ut uolens:ꝓpitiaq; urbem romã iniret ĩ ædẽ Victoriæ:quæ ẽ in palatio pertulerẽ deã:pridie idus apri:Iſq; dies feſtus fuit.Pplus frequẽs dona deæ ĩ palatio tulit.Lecti ſterniũq;:& ludi fuere Magalezia appellata.Hæc ex Li.excerpſim⁹:ſed ultim⁹ hic locus dubitare facit:quoniã oſtẽdit Liuius feſtum & ludos cõſtitutos pridie idus april.At poeta idem oſtendit nonis aprilibus : & tñ uno eodẽ tempore fuerũt:ut dici nõ poſſit mutatum fuiſſe diem. Ego autem arbitror deprauatum eſſe Liui locũ:& debere legi nonis aprilibus:qa poeta nõ potuit tã facile deprauari qui carmina ſcribit:& ipſa feſta ſuo ordine:ut nihil uideatur immutatum:& credi par eſt:eũ adhibuiſſe diligẽtiã:ut ita ſcriberet:quẽadmodũ erat in aliis:tam faſtorũ q̃ pontificũ libris & annalib⁹:ut errare nullo quidẽ pacto potuerit:Q ut netiã in marmore uetuſtiſſimo:ubi cætera quoq; inſcripta ſunt.Hóc feſtũ monis apri.notatũ ẽ. Q uaꝛ ita cenſeo deinceps in Li.Legendũ:ſed ad rem redeamus.Erato hoc ipſa hiſto:recenſet. ¶ Mater:cybele deorũ magna mr̃. ¶ Semp amauit dindimon & cybelon:phrygiæ mõtes ut dixim⁹ : unde dicta ẽ Dindimena & cybele. ¶ Et idam troianãis. ¶ Amœnã frõdibus:iõ amœnã:qa nemoroſa & umbroſa. ¶ Et opes iliacas:troianas. ¶ Cũ æneas portauit troiam:tulit troiana ſacra troianos deos ¶ In italos agros:in latiũ:ut ẽ illud Vir.Inferretq; deos latio:& illud ilium in Italiam portans.Dea:mr̃ . ¶ Pene:q̃ſi.Eſt ſecuta rates ſacriferas:naues æneæ ſacra ferentis:q̃ſi parum defuit:quin ab ænea deferenẽ in urbẽ ¶ Sed ſenſerat:cognouerat:aut audiuerat. ¶ Fatis:ab ipſis pcis:q̃ fata:hoc ẽ ſentiẽ ordinẽ quæ cauſaꝝ diſpẽſat.non tũ po.la.fu.nu.nõdũ aduẽiſſe tp̃s:quo ĩ Italiã tráſferri deberẽ. ¶ Et ſubſtierat aſſuetis locis:ſubſtitit tũc ĩ phrygia:ubi

ANT. FAN.
Mater deũ ĩ italia aduecta ex rege Attalo
Cybelis ædes ubi
Sacrum lapidem cybelẽ eiſe dicebant p. Scipio naſica
Didymos cybelos
Piſinus quam & peſſinũtẽ uocãt
Ida multi fons
Sæculũ
Sæculares ludi.
PAV. MAR.
Q uõ mr̃ deorũ a publio ſci. naſica ſuſcepta eſt
Cybele magna mr̃ deorum

eſſe cōſueuerat. ¶Poſt deide. ¶Vt poſtq̄. ¶Roma potēs opibus:quæ iā potētiſſima.atq; opulētiſſima erat. ¶Vidit gnq; ſæcula:gnq; ætates q̄ſi quīgeutiſſimo urbis āno.& ſuſtulit:eleuauit caput. ¶Et omnio orbe:magna parte orbis ſubacta. ¶Sacerdos uel ipſe pontifex max.uel ſacerdos qui præerant cuſtodiæ librorꝝ ſibyllinorꝝ:qui ab initio fuere duo:deinde decem:poſtea auctus numerus ad.xv.iſpicit uerba fatalia:lybros ſibyllinos romana fata:continentes.

Carminis euboici fatalia uerba ſacerdos
Inſpicit inſpectum tale fuiſſe ferunt.
Mater abeſt matrē iubeo romana reqras
Cum ueniet caſta eſt accipiēda manu:
Obſcuræ ſortis patres ambagibus errāt
Quæq; parēs abſit quoue petenda loco:
Conſulitur Pean:diuūq; accerſite matrem
Inquit in idæo eſt inuenienda iugo:
Mittūt̄ pceres Phrygiæ tūc ſceptra tene(bat
Attalus:auſoniis rē negat ille uiris:
Mira canā lōgo trēuit cū murmure tellus

ANT. FAN.

¶CArminis eu.uerſum.ſibyllæ cumanæ. Cumas eni cōdiderūt nōnulli pfecti a chalcide urbe euboiæ ad nouas ſedes q̄rendas. ¶Fatalia uerba:qa libri ſibyllini urbis Romæ fata cōtinebāt. ¶Sacerdos:pōtifex maxius per excellētiam Niſi malis accipe decemuiros:q creabā

Decēuiribus ſibyllinis

tur ut ſacros libros legerent interp̄tarēturq; carmina ſibyllina. ¶Patres ambagibus errāt:cū nō intelligerēt quam eēt ea mater & unde peti eam iuberet oraculum ¶Cōſulitur pæan:mittūtur legati ad Apollinē delphicum. ¶Mittuntur proceres:Hi fuerunt.M.Vale.Le.q bis conſul fuerat.M.Cecilius Metellus ptorꝰ Sulpicius galba ediliciꝰ ac duo quæſtores.C.Tremelius Flaccꝰ& M.Val.falco. ¶Phrygiæ tūc ſceptra tenebat attalꝰ:cauēdum ne exiſtimemus hūc attalum eſſe qui rex pergamenorꝝ & Eumenis filius po.ro.ſcripſit hæredem:quod poſt delatam carthaginē & numantia iam euerſa factū

Attali duo

iuenies. Vnde quoniā is ditiſſimꝰ fuit & ſplēdida ſupellectile factū ē:ut q̄ ſplēdida & magnifica ſunt dicant̄ attalica. Sed quoniā attali plures fuere quēadmodū & Eumenes. Hunc attalum de quo nunc agit̄ eum eſſe conſtet q ex Attalo natus in bello macedonico qd ſecundū bellum punicum ſubſecutū eſt romanis aduerſus Philippū auxilio fuit. De quo inqt florus:aderat ſponte in auxiliū attalus rex pgamenorꝝ:aderant rhodii nauticus populus. Eſt aūt pgamū aſiæ ciuitas lōge clariſſima teſte Pli.ac diu(ut inqt Strabo)ſub attalicis regibꝰ fortuna:cuius reges ii unde pfecti ſint & quo euaſerint ſcire deſideras lege eius geographi li.xiii.nō lōge a fine q hūc attalū tradit natū ex attalo & antiochide achæi filia prīo regē eē nūcupatū. ¶Auſonius rē negat ille uiris.hyſtoriæ ueritas hoc h, ſecundū Li.nihil negatū eſſe romanis a rege Attalo. Populus cū romanos memor cœptā cū eo amicitiā pp cōe aduerſus Philippū nellū ſperāſq; facturꝝ eū regē q̄ poſſet populi Ro.cā miſit ad eū legatos quos ille comiter accepit peſſimuntēq; in Phrygiam duxit eiſq; deā tradidit in Italiā deportādū ut diximus ſupra.

Attalica

Pergamus

PAV. MAR..

¶CArminis euboici.ſibyllæ cumeæ de q̄ paulo ſupius a cumis:urbe cāpaniæ:quā calcidenſes euboici cōdiderūt.de quo latius dixius in.vi.æn. ¶Ferunt:dicunt. ¶Inſpectū.carmen qd inſpexerunt fuit tale.Mr̄ abeſt:hæc erat ſnia inſpecti carminis. Abeſt deū genitrix:eā in urbē accerſatis:& adueniens:a caſtis manibꝰ excipiat̄. ¶Abeſt mater.deorꝝ.ſ.qa i urbem nondū attuliſtis. ¶Oro.iu.reg.ma.reqrere:& i urbē ferre deū matrē. ¶Cū ue.aducta erit. Eſt accipienda caſta manu:reſpexit poeta ad oraculū:qd fuit ut ab optio uiro exciperet̄. ¶Obſcuræ ſor.obſcura erāt hæc reſpōſa:qa n̄ itelligebāt̄. Patres:ipſi ſenatores. ¶Errāt ambagibꝰ.ipſa uerborꝝ obſcuritate. ¶Quæue pa.abſit nō.n.id apte cōſtabat:matre deorꝝ abeſſe. ¶Sed tantūmō matrēuō errabāt:qa neſciebāt que mater abeſſe diceret̄. ¶Quoue pe.lo.& unde accerſenda eēt ¶Cōſuliter pæan:apollo. Acceſſere legati delphos:& ab oraculo habuere illis concedi deū matrē e phrygia. ¶Arceſſite:euocate matrē. ¶Matrē diuū:deorꝝ parētē. ¶Inquit ipe Apollo. ¶Inueniēda eſt i iugo idæo:q̄ſi reqrenda eſt in mōtibus phrygiæ:ibi eā iuenietis. ¶Mittunt̄ pce.uiri patricii legati:& q̄ſtores p ea in phrygiā. ¶Tūc eo tpe. Atthalus:rex pgamēſiū. ¶Tenebat ſcep.phry.ipabat i phrygia.Ille. Attalꝰ negat rē uiris auſoniis:n̄ uult matrē deū ro.cōcedere:ſed exigit hic locꝰ ut de regibus pgami fiat ſmo: & res altius repetat̄ Lyſima. Agatoclis fi.q unꝰ fuit ex ſucceſſoribꝰ Alexādri.pgami & pecuniarꝝ cuſtodiā:q erant.lx.milia talētorꝝ:ut a Stra.refert̄. Philetero thyanēſi cōmiſit:q a puero ſpado fuerat:Is cū optie eēt educatus:dignꝰ uiſus ē:cui hæc crederent̄. Carus erat Lyſimacho:ſed cū ab arſione illiꝰ uxore diſſideret:qd eū accuſauerat locū ad defectionē pduxit. Lyſima.coactus fuerat a malis familiaribꝰ: Agatoclē filiū interficere. Seleucꝰ Nicator reuerſus illū ſuſtulit:& ipſe a Ptole.ceraunio ſublatꝰ ē. Eunuchꝰ caſtellū & pecuniā poſſidet ānis.xx. Erāt ei frēs duo Eumenes natu grandior:& attalus iunior. Ex Eumene natus ē Eumenes de pr̄is noīs. Is pgami ſucceſſionē hūit:antiochū Seleuci filiū apud Sardis ſupauit obiit cū ānis.xxii.imperaſſet. Attalꝰ ex attalo:& antiochide Achæi filia natꝰ ſucceſſit:& prīo rex appellatꝰ:Galatas p̄lio ſupauit:& romanorꝝ amicus fuit:& cū eis aduerſus Phil.pugnauit i claſſe rhodiorꝝ obiit cū ānis.xxxiiii.regnaſſet Filios quattuor reliqt ex Apollonide Ciziccna:Eumenē:Attalum:Philcterū:& Atheneum. Eumenes natu grādior regnauit:hic cū romāis aduerſus anthiocū magnū & aduerſus pſem bellū geſſit. A romanis totā eā religionē accepit:q̄ ſub āthiocho circa Taurꝝ erat Is urbē mūiuit:Regnauit ānis.xlviiii.ipiū Attalo filio reliqt. Qui ex ſtratōice ariarati Cappadocū regis filia natꝰ erāt. Filii admodū iuuēis:& ipii tutorē fratrē:attalū reliqt. Is cū ānis uno &.xx.regnaſſet:multis rebus geſtis:iā ſenior mortuus eſt:Romāorꝝ cōtra Pſeudo Philippū ſociꝰ fuit. Impiū Attalo q ſub tutela erat reliqt. Is Philōator cognomiatꝰ cū ānis.v.regnū tenuiſſet:morbo abrūptꝰ eſt. Hæredes Romāos iſtituit. Qui poſtea eā regionē puinciā fecerūt:& aliā uocauere:eodem nomine:quo & cōtinentem. Hæc de ipſis regibus. At ſimulachrum matris deorum:

Attalus rex pgamenſiū

Lyſimachus. agatoclis filiꝰ

Eumenes pr Attali

pſeudo philippꝰ

ab eo Attalo Romanis traditum eſt:qui primus Rex nuncupatus fuit:poeta inquit eum ab initio negantem tradere.Simulachrumq́ loquutum:& ſe ire uelle dixiſſe. ℂMira canam:cantando feram admirabilia. ℂTremuit tellus cum murmure:uiſus eſt eſſe terremotus cum magno fragore.

Attalu ſimulauit de matre deorum

ANT. FAN.

Et ſic eſt adytis diua locuta ſuis:
pſa peti uolui ne ſit mora mitte uolētē
Dignus Roma locus quo deus oīs eat:
Ille loni terrore pauēs proficiſcere dixit:
Nr̄a eris ī phrygios roma refert̄ auos:
Protinus īnumeræ cædūt pineta ſecures,
Illa q̄bus fugiēs phryx pius uſus erat:
Mille man⁹ coeūt & picta colorib⁹ uſtis
Cœleſtē matrē concaua puppis habet:
Illa ſuper fluctus fertur tutiſſima nati:
Longaq́ phryxeæ ſtagna ſororis adit:
Rhœteumq́ capax ſigeaq́ littora trāſit:

ℂADytis:Secreta parte templi tantum ſacerdoti dat̄ acceſſus. ℂDignus Roma locus quo deus omnis eat: Quoniam exactiſſima eſt religio Romanorum.Vel q̄d Roma eſt deorum ſedes. Lucanus:Te ne deū ſedes nō ullo marte coacti deſeruer̄ uiri! ℂNoſtra eris.Quia romani a Phrygibus originem ducunt. ℂPhryx pius:Aeneas pietate inſignis. ℂPicta colorib⁹ uſtis:Moris fuit apud maiores ornari claſſes pictura nec non & onerarias naues cū pugnaturos iuuaret ut Ply.ſcribit ad eādē ſpecioſe uehi.Vſtos autem colores cur dicat idem oſtēdit ut ex ea fit ochra exuſta rubrica ī ol̄is nouis luto eir cūlitis.Idem hæc ſi torreatur æqua parte rubrica admixta ſandicem facit: ℂSui nati:neptuni:quia ipſa eſt deorū mater. ℂPHryxeæ ſtagna ſororis:Helleſpōtum cui Helle Phryxi ſoror nomen dedit ut dictum eſt. ℂRhæteumq́ capax ſigeaq́ littora tranſit.A regione idæ quæ mōtana eſt duo quidam flexus ad mare excurrunt.alter Rhæteum. alter Sigeum uerſus:ita ut uterq́ dimidiati circuli lineam faciant.Vnde cum nouum ilium quidam intra eorum flexuum finem eſſe antiquum uero intra initium uoluerint iure rhæteum capax dicitur. Vel certe ꝓpter tot nauium receptacula.Sigeum ꝓmontorium a taciturnitate nomē accepit: quo tēpore Hercules prohibitus hoſpitio ibi latuit & inde per ſilentium ℂTroiam inuaſit. Tenedon:inſulam ꝓpe hoſtia Helleſponti:quæ ut autor eſt Strabo diſtat a cōtinenti ad ſtadia.xl.Eam alii Calydnam. alii Leucophryn dixerūt.Tenedos autem dicta eſt a Tene quodam autoribus Seruio & Cicerone qui orta fama q̄ cum nouerca concubuiſſet hanc inſulam uacuā cultoribus tenuit quæ habuit portus duos & Apollinis Sminthei delubrum:ut Smintheu præclare tenedi dominator Apollo.Inter hanc inſulam & Chium qua ægæus ſinus pandit̄ à dextera antandrum nauigantibus ſaxum eſt: quod quoniam uiſentibus procul capræ ſimile creditur:quam Græci iſa nuncupant Sunt qui uelint ægæum ſinum inde nominatum.

Claſſes pictura ornabāt maiores colores uſti

Sigeum

Tenedos

Sminthei apolinis tēplum

Antandrum

ℂET diua:deæ ſimulachrū. ℂSic eſt locuta ſuis adytis:ſic ex ſuo ſacello dicere uiſa ē.Aditū.n.ſecretior.ps tēpli:quo ſoli ſacerdoti licet accedere. Ipſa uolui peti:ego ita uolui ut me Rōani peterēt:Ne ſit mora: q̄ſi ſinite:ut me Romā ferāt ſine ulla tardatione. ℂMitte uolētē:Mittas tu me Attale:eū ire ueli. ℂRōa dignus eſt locus:quo eat oīs deus:digna eſt urbs:ad quā oēs dii eant:digna quæ deos oīs teneat & colat ℂIlle:Attal⁹. ℂPauēs terrore ſoni q̄ſi pauefactus:& territ⁹ uerbis ſimulachri. ℂDixit ꝓficiſcere:eas romā ℂNr̄a eris:et eum romæ eris:eris nr̄a.nā inter noſtros:q̄ſi cū illis:qui a noſtro genere genus trahūt. ℂRoma refert̄ in auos phrygios:nā a phrygib⁹ ducunt originem:& nos phryges ſumus:inter nos igit̄ uinculū eſt cognatiōis. ℂProtinus:īnumeræ:poeta oſtendit ibi nauim fabricatam:q̄ aduecta ſit:ſed diximus acceſſere legati eū q̄nqueremib⁹. ℂProtinus:ſubito. ℂSecures inumeræ cædunt incidūt. ℂIlla pineta:pinus illoꝝ montiū. ℂQuibus erat uſus phryx pius fugiēs quæ pineat:aut ex q̄bus mōtibus pin⁹ iciderat olim æneas pius cū fabricauit naues q̄bus fugiēs in lauiū uenit. ℂMille manus coeuut:q̄ſi cōuenit iā īgens multitudo. ℂEt puppis concaua quæ iam erat fabricata. ℂPicta coloribus uſtis:plerūq́ colores aduſti ſunt ut ſupius dictū ē:in nauib⁹ uero pingebant̄ adi deoꝝ imagines aut hyſtoriæ:aut īſignia:& ſimilia. ℂHēt matrē cœleſtē:q̄a iam deæ ſimulachrū eſt impoſitū naui. ℂIlla ſup fluctus.agit nūc de itinere:ut lōga ꝓfectione:p quæ maria delata fuerit uſq́ ad hoſtia tyberina. ℂIlla:deum genitrix.fert̄ tutiſſima:tuta ab oī ꝓcella:& undarū impetu. ℂSuper fluctus nati:ſuper æquora neptuni filii. ℂAdit lōga ſtagna:longū & anguſtum fretū.Sororis phrygeæ:Helles.quæ fuit phryxi ſoror:de quo ſupiore libro:it ergo primū in helleſpontum:Veꝝ ipſa deū mater e piſinunte allata eſt.Piſinus aūt theliſtobogoꝝ erat:qui Bitinis & phrigib⁹ ſunt finitimi:apud ꝓpontidē:& Stra.inq̄t lib.xii.Emporium eſt ipſius eoꝝ:q i hac regione ſunt:& tēplū maximū habet magnæ uenerationis:Matris deū:quā angidiſtā uocāt: Sacerdotes q̄dā erant ꝑpotentes:nūc eoꝝ dignitas īminuta eſt.Hic locus magnifice ab attalicis regibus ſtructus eſt, & tēplo & porticibus ex albo lapide.Romani tēplū celebre reddidere:acceſſita inde deæ ſtatua:quēadmodum ea:quæ æſculapii erat ex Epidauro:hæc Stra.& maxim⁹ quoq́ e piſinunte accerſitā aſſerit.Primū igitur in ꝓpontidē deſcendit:deinde in Helleſpontū uenit.Tranſit rhœteū capax:apud Rhætheum ꝓmontoriū: in faucibus Helleſponti apud troiā:ad dextrā helleſpontum ingredientib⁹.ubi nos ipſi totiens fuim⁹:erat nauale & achiuoꝝ port⁹:& achaia caſtra:idō capax dixit:ubi tā magnæ claſſis fuit ſtatio. ℂEt littora ſigea: a ſigeo ꝓmontorio itidē helleſponto iminēti ita appellato q̄d i eo tacite latuerit Hercules:eū īſidias Laomedōti piuro pauit.ſιγη.n.taciturnitas ē. ℂEt trāſit tenedon: Tenedos iſula ab hoſtiis helleſpōti.xxiiii. M.p.diſtat:hæc pri⁹ leucophris appellat̄:dicta ēt ē & Calydna:i hāc nauigauit:cū colōis Tenus Cycni.f. cōditaq́ urbe ab ſe Tenedon uocauit:ſed plura ab hiſtoricis:& poetis de ea referūt̄:& nos ī ea iſula de ſitu:& fertilitate ei⁹ carmē ſcripſim⁹.Repimuſq́ ī ea inſula epigrāmata plura in marmoribus ueruſtiſſimis.

PAV. MAR.

Verba ex ſimulachro matris deorum

Phryx⁹. & helles

rhæteū ꝓmontoriū eſt faucib⁹ helleſpōti

℃SINT tibi flamini⁹ trāſumēaq; littora teſtes.G. Flaminius hoc temerarius apud lacū Trāſumenū cū Annibale cōflixit ubi & ipſe periit lācea trāſfixus ab eqte cui nomē erat Ducario & .xv.milia Romanorū i aciæ cæſa ſunt cū tāto aiorū ardore pugnatum eſſet:ut cōſtet uim terremotus:qui dum cōfligereē multaꝝ urbiū Italiæ magnas partes ꝓſtrauit ac montes ut inqt Li.lapſu īgēti ꝓruit neminē ſenſiſſe pugnantum.Non defuerant prodigia quibus admoneri flaminius poterat ne manum cum hoſte conſeret:nam & eum equus corruens ſuper caput effudit:& ſignum a ſignifero difficillime conuelli potuit:atq; ut Syllius ſcribit humo ſanguis erupit ut ſigna etiam effuſa certantum euellere mole teter humo lacera nitentum erupit in ora exultans cruor. Via flaminia & circus flaminius ad hoc flaminio nomen acceperunt ut autor eſt Feſtus. Eius filius.T. flaminius paternā cædem ulciſci cupiens a Peruſia rege Annibalē petiit teſte Plu.Eſt aūt Thranſumenus lacus i agro Peruſino:quē cum in ſoluta orōne multi Tranſumenū uocēt poetæ ſubtracta n lr̄a ꝓferūt ne deſiderēt carminū ſanitas:ut nūc uoluēte die thraſumeni noīa ſeruāt:& fulmina tyrrhenas thraſumeni torſit in undas.Eum Syllius noīatū a Thraſumeno puero ſabulatē quem poſſumus & thraſimenum dicere.Quint. Et thraſomenō pro thraſimeno multi ēt autores(ſi eſt in eo trāſmutatio)uēdicarūt.Ply.autor eſt i.ii.nat. hiſto.repētinos ignes exiſtere & i aqs & traſumenū lacū totū arſiſſe.℃Aequos deos: Benignos q aduerſa nobis p aues ꝓnūciant ut nobis cōſulamus.℃Poſtera lux melior.viii.cal.iulias romani ſecūda fortuna uſi ſunt.℃Supat maſaniſſa ſyphacē:Iuſtinus refert Maſaniſſam regē numidiæ dictū iter duos aphricanos urbis Romæ tertiū ſeruatorē:cui captus Syphax iputatē:uictus Hannibal & deleta Carthago.Sed requirimus hoc in loco diligētiā nōnulloꝝ q hoc tpe hoc eſt.viii.cal.iulias Syphacē atq; Aſdrubalē Giſgonis filiū uolūt fuiſſe a Maſaniſſa rege ꝓpe uticā ſupatos:cū cōſtet eo in loco nō æſtate:ſed ueris initio teſte Li. Scipionē una cū Maſaniſſa & Lelio potitū caſtris Aſdrubalis & Syphacis. Vn̄ illud eſt Iuue. Tolle tuum ꝓcor Hānibalē uictūq; ſyphacē in caſtris:quo tpe bina caſtra eadē nocte cæde una deleta ſunt:cæſaq;:aut uſta flāmis ad qdraginta milia hoium.Sciēdū igiē hic diē oſtēdi quo maſaniſſa exacto iā uere Syphacem nō ad uticā ſed in ei⁹ regno & ſupauit & cœpit.Aſdrubal.n.& Syphax poſt eā q̄ diximus calamitatē acceptā i caſtris:coacto peditatu & eqtatu exercitū reparūt & a Scipiōe iteꝝ nō lōge ab utica uicti ſunt numidis ac pœnis i ſugā couerſis & magna pte ſugiētū iterfecta.Vn̄ cū Syphax in numidiā atq; ide i ātiquū eius regnū ꝓfectus eēt Maſaniſſa icredibili cupiditate ꝑdēdi ei⁹ regis a quo pr̄no regno expulſus fuerat eū cū expedito eqtatu ꝓſecut⁹ ē quē demū adiuuāte Lelio uictū & captū legim⁹ atq; albā miſſū & deide tybure quo ex alba traductus fuerat mortuū pauloan̄ triūphū Scipionis q̄uis Polybius eū in triūpho ductū tradiderit:ut Li.refert.Et cecidit telis aſdrubal ipſe ſuis:hic Aſdrubal nō eſt Giſcōis filius:Sed Hānibalis fr̄ q hoc tpe cæſus ē ad Metauꝝ flumē qd ad Fanū fortūæ patriā meā i mare ſupeꝝ cadit:i cuius alueo tpibus nr̄is elephātis reptus ē teſtis uictoriæ romanoꝝ cui⁹ ꝓcipua laus Claudii Nerōis fuit q relictis caſtris ita ut Hānibalē falleret ad ſenā cū electa manu.M.Liuii college caſtra ſilētio igreſſus Aſdrubal circūuēit cū quo ceciderūt hoium milia.lvii.ita ut cōſtet nūq̄ ſcdo bello pūico una acie tm̄ hoium iterfectū. Eſt & apud Metauꝝ eius pugnæ monumētū collis quē deprauato uocabulo ꝓ aphricano aphricanū appellant Hic eſt ubi caſtrametari Aſdrubal uoluit cū.M.Liuius oib⁹ peditū copiis ad cōſerēdū ꝓliū iſtructis aduenirent.T.Liuius ſcribit:quē hiſtoricū dii boni qcūq; loci eius faciē fuerit cōtēplatus nō patauinū exiſtimauerit:ſed Fanēſē adeo uel q̄ a geographis ꝓtermiſſa ſūt atq; cōtēpta ille eſt & exactiſſima diligētia & diuino igenio cōſecutus.Sane fluuius Sena ad quē fuerūt caſtra Liuii cū Nero ſe illi adiūxit is ē q ad Senogalliā urbē mare igrediē q̄ diſtat a Metauro flumie ad.xiii.milia paſſuū:Eā hoc tpe illuſtriſſim⁹ dux atq; magnanim⁹ Ioānes Robore⁹ Sixti ſūmi Pōtifi.nepos ac ꝓfectus urbis:quē tu iclyte Federice nō imerito tibi generū aſciuiſti:ut ē eminētiſſimo igēio ac prudētia ſingulari i regiōes ac uicos aptiſſime diſtributā nouo muroꝝ ambitu auget.& ad priſcā amplitudinē redigit:amplexus qcqd tp̄s reꝝ edax & ſenectus iuidioſa cōſumpſerat.Vbi nos uidim⁹ ꝓxime uiaꝝ ſtrata:portū:fora ædes magnificas icredibili celeritate cōſectas item arcē omniū munitiſſimā ac tāto impēdio & induſtria ſabricatā ut iure inexpugnabilis cenſeatur.

℃SINT tibi teſtes flamini⁹ cōſul ab Hānibale trucidat⁹.℃Et litora traſymena:ripæ traſymeni lac⁹:q eſt in hetruria:iter ſuaſiā & Corytonā ℃Deos æquos bēignos ℃Multa monere p uo.p auguria:benigni dii monuerāt ne cōſereret ille man⁹:ille deoꝝ monitis nō paruit:uō piit.Si q̄ris tpa temeraria ueteris dāni:ſi uis ſcire diē quo die temerari⁹ cōſul tantā iacturā fecit:ille dies eſt dies q̄rtus ab extremo mēſe:octauus dies a fine mēſis:ſic erit nōno cal.qntiles:hoc eſt.xxiii.die iunii:ea in faſtis & in āpalib⁹ notata eſt:& habita ſemp infauſta ℃Poſtera lux:ſequēs dies q erit uiceſimuſq̄rt⁹ iunii ℃Eſt melior:felicior duab⁹ uictoriis:q̄ diuerſis tpib⁹:ſed ea die cōtigerūt Maſaniſſa ſupat ſyphacē:Maſanyſſa rex Maſiliorū:dū pro carthagine i hiſpania militat amiſſo patre galla:de regno exciderat.Quo per bellū ſæpe repetito aliquot ꝓliis a ſiphace rege numidaꝝ uictus:in totū priuatus eſt:& cum ducētis equitibus Scipioni ſe iunxit.Poſtea in aphri

Margin: ANT. FAN. — Ducari⁹ occidit lācea tſtum flaminium — Thraſſimen⁹ lacus eſt i agro peruſino — Siphax uictus viii.cal. iulias cū aſdrubale filio giſgōis a maſiniſſa — Aliuſ fuit aſdrubal frater hānibalis uict⁹ a claudio nerone — Aſdrubal uictus — Metaurus — Nerōis laus — aphricanus collis — Sena flu.iuxta Senogalliam — PAV. MAR. — Maſiniſſa rex maſiliorum de quo Salluſtius i iugurti no multa aut

Mors haſdrubalis

ea ſcipio adiuuãte maſaniſſa Carthagineſes & eundẽ ſiphacẽ: Aſdrubalẽq pluribus ꝓliis uicit. Binaq ho ſtium caſtra expugnauit in qbus.xl.mil.hoiũ ferro igniq cõſumpta ſunt:& ſiphax ipſe captus. Sed ante hæc aſdrubal hãnibalis frater:q cũ exercitu nouo trãſcenderat alpes:ut ſe hãnibali cõiũgeret:cũ milibꝰ ho minũ.lyi.cæſus:ẽ.M.Liuii ꝯſulis ductu & opa ẽt Claudii Nerõis collegæ.Iõ poeta nũc:& ipſe Aſdrubal ce cidit ſuis telis cũ ſuis armis & oĩ exercitu cæſus eſt.Relata igiẽ & hæc dies ĩ annales tãq̃ fauſta Romãis.

ANT. FAN.

Fanum fortũæ dedicatũ a ſeruio ſeruilio iuxta tyberim ĩ tria domũ aureã clauſum fuit a nerõe

¶TEMpora labuntur:horæ ꝑtereunt & dies & menſes anni & nihil eſt ãnis uelocius.¶Fortunæ fortis honores fors fortuna q nõ recte a qbuſdã fortuna dr̃ ædẽ tranſtyberim habuit teſte Donato:cuius dies feſtus colebaẽ hoc tpe ab his q arte aliqua uiuebãt.Vñ illud eſt Columellæ ad olitores:& celebres fortis fortunæ dicite laudes.Eſt ãt Fors fortuna ut inqt Donatꝰ tychiagathi:cui qm̃ in bono ponitẽ Seruius tullius nõ ĩmerito teplũ dedicauit. Varro: Dies fortis fortunæ appellatus a Seruio Tullio rege qđ is fanum fortis fortunæ ſm̃ tyberim extra urbẽ Romam dedicauit iunio mẽſe.Liuius.De reliquo ære ædem fortis fortunæ de manubiis faciẽdã locauit ꝓpe ædẽ eidem deæ a Seruio Tullio dedicatã.¶Poſt ſeptẽ luces iunius actus erit:Fors fortuna.yiii.cal.coliẽ quo die maſaniſſa Syphacem:ſupauit:& Haſdrubal periit.¶In tyberis ripa.ſm̃ tyberim ut deximus hæc ædes fuit quã Donatus tranſtyberim fuiſſe teſtaẽ quo & pedibus iri poterat p pontes & p fluuiũ lyntribus uehi.¶Plebs colit hanc:colebant fortẽ fortunã q arte aliqua uiuebant ut dictum eſt.Item ſeruſ.

ſeruoꝝ feſtum

¶Qui poſuit.Seruiꝰ rex qui cã ædẽ ſtruxit.¶Serua:qa Tullius ortus:idibus ſextilis ſerui ac ſeruæ oẽs diem feſtũ colebãt:& uxores purgare ac leuare capita cõſueuerunt au ctore Plut.Eo.n.die Seruiũ Tulliũ natum ferunt quo capitis purgatio ac libertas ab ancillis cœpta ꝓceſſit.¶Templa ꝓpinqua:ubi ꝓxima:aut certe propĩqua ædi quã Caruilius cõſul poſtea prope hoc tẽplum faciendã locauit. Lege Liuium primæ decadis li.ulti.& caue accipias ædem fortunæ a Seruio rege in urbe dedicatam quã Nero aurea domo cõplexus eſt.Quãuis conſtat eundem regẽ ædificaſſe

¶Tpa labũẽ taciti ſq ſeneſcimus annis
Et fugiunt fræno non remorante dies:
¶Quã cito uenerũt fortunæ fortis ho
Poſt ſeptẽ luces iuniꝰ actꝰ erit:(nores
Ite deã læti fortem celebrate quirites
In tyberis ripa munera regis habet:
Pars pede ꝑs ẽt celeri decurrite cymba
Ne pudeat potos inde redire domum:
Ferte coronatæ iuuenũ cõuiuia lyntres
Multaq ꝑ medias uina bibanẽ aquas:
Plebs colit hãc:qa q poſuit de plebe fuiſ
Ferẽ & ex hũili ſceptra tuliſſe loco: (ſe
Conuenit & ſeruis ſerua qa tullius ortꝰ
Conſtituit dubiæ tẽpla propinqua deæ
Ecce ſuburbana rediẽs male ſobriꝰ æde
Ad ſtellas aliquis talia uerba iacit:
¶Zõa latet tua nũc:& cras fortaſſe la
De hic erit orion aſpiciẽda mihi(tebit
¶At ſi non eſſet potius dixiſſet eadem
Venturum tempus ſolſticiale die:

Fortũæ ædes multæ

multas ædes fortunæ:ut Primigeniæ.Maſculæ.Paruæ:Cõuertentis:bene ſperantis:Virginis.¶Zõa latet tua nunc & cras fortaſſe latebit.yi.cal.iulias Orionis zona in ortum heliacum ferẽ:quem non multum poſſe differri antecedens ortus docuit eius ſideris lacertoꝝ.Ea zona tribus ſtellis conſtat teſte Igino exoriturq aſſyriæ.v.nonas iulias ut ply.tradit.¶Eodẽ ſuenturũ tẽpus Solſtitiale die:non quo zona exurgit: ſed quo Fors fortuna celebraẽ.Neq.n.autor hoc loco hipparcum ſequiẽ cuius ratio docuit teſte Columella Solſtitia:& equinoctia in primis ſignorũ partibus confici:cum ea ſm̃ Eudoxum & Metonẽ nõnulloſq aſtrologos ex antiqs quoꝝ faſti aptati ſunt publicis ſacrificiis ĩ octauis ſignoꝝ ꝑtibus pagranẽ:quæ raro nõ aliquos tẽpeſtatũ ſignificatꝰ hñt:ut ply.docet q æſtiuũ ſolſtitiũ magnũ ãni cardinẽ uocat qđ ipſe ĩ octaua ꝑte cãcri &.8.cal.iulii cõfici ſcribit uertiq eoꝝ die nõnullaꝝ arboꝝ folia:ut oleæ:tiliæ:ſalicis cũ Sol ad aqlonẽ ſcãdẽs altea meta ĩcipit flecti:atq ad auſtrũ digredi aucturus noctes ſex mẽſibꝰ ablaturuſq diei mẽſurã.Idẽ ẽt monet e palãbiũ gemitu nõ colligi cõfectũ ſidus peractũq ſolſtitiũ niſi eũ eas uideris ichoantes.Sciendum:& Chaldeos non ſentire cum Hipparcho qui.8.cal.Ianuarii brumale ſolſtitium ponunt.

Oriõis Zona. oriẽ.yi cal.Iul. Solſtitiũ æſtiuum

PAV. MAR.

¶TEMpora la.interponit nõ incõpte ſñiam tpis cito labẽtis:ꝙ iam conſenuerat poeta:cum emẽdaret opus:& eſſet hos ſex libros editurus.Labunẽ.inqt tpa & nos ſeneſcimus annis tacitis:rapimur in ſenectã annis tacite fluctibus.Horatius.Heu heu fugaces poſthume poſthume Labunẽ anni:nec pietas morã rugis:& inſtãti ſenectæ afferet ĩdomitæq morti.Quãcito uenerũt honores fortis fortũæ:q̃ cito uẽit feſtũ fortis fortunæ.Aliqd ineſt latẽtis affectus:cur potius in:q̃ in cæteris in feſtis dixerit.Iunius erit actꝰ:exactus.¶Poſt ſe.lu.hoc ẽ poſt ſeptẽ dies:ſic indicat.xxiiii.diẽ:quo & illæ uictoriæ cõtigerãt a.xxiiii.n.die numerando uſq ad finẽ iunii ſeptem dies ſunt.Dies fortis fortunæ:ut inquit Varro appellatus a Seruio. Tullio rege:ꝙ is fanum fortis fortunæ ſm̃ Tyberim:extra urbem Romam dedicauit. Præterea dedicaſſe & aliud tẽplum fortunæ paruæ teſtis eſt Plu.ꝓble.lxxiiii.Et Dion.inqt eũ extruxiſſe duo fortunæ tẽpla: qua ꝑ omne uitæ tꝑs uiſus erat uti ꝓſpere.Alteꝝ in foro boario:alteꝝ ad ripas tyberis: ei fortunæ:q̃ uirilem appellauit De hac egimus in.iiii.li.& eodẽ proble.Plu.Maſculæ fortunæ meminit ab eodẽ cõſecratæ.Erat ẽt eodẽ auctore tẽplũ fortũæ uiſcatæ q̃ſi ab ea nos ꝑcul capiamur:& negociis ac rebꝰ inhæreãus Poſt eiectos aũt reges:ſed lõgo ĩteruallo ſurius Caruilius:q cõſul fuit cũ papirio curſore alteꝝ fortis fortunæ tẽplũ dedicauit.Erat ꝑterea tẽplũ fortunæ mulicbris.a ſenatu dedicatũ tũ eũ mulieres:hoc eſt & mr̃ & uxor martiũ Coriolanũ ab ĩpetu in patriã repſiſſent.Erat & tẽplũ fortunæ publice cuius ſupiore lib.meminimus a populo in libertate cõſecratũ.Ite læti qrites:romani.Celebrate fortẽ deã:ſacrificate forti fortu

Tẽplũ fortũæ uiſcatæ q̃ ab ea capiamur

næ. ℭHēt mu.ſe.ī ri.ty.hēt ē tēplū a Seruio rege cōditū:& cōſecratū ī ripa tiberina extra urbē. ℭDecurrite uos q̄ri.ꝑpate ad tēplū fortunæ. ℭPars pede:eū pedes ire poſſit. Pars celeri ciba:qm̄ p tyberi ciba ꝑt illuc deferri. ℭNec pudeat:q̄ſi nō heat̄ turpe. ℭRedit̄ ide,domū potes reuerti multo epoto uino:q̄a cōuiuia quoq̄ extra urbē fieri debēt. ℭLintres:nauiculæ fluuiales:ut iq̄t Noni⁹ Virg. Cauat arbore litres Nos lintres nauiculæ coronatæ. ℭFerte cō.iu.iuuenes ſil⁹epulātes. ℭEt bi.mul.ui.p me.aq̄s:p tyberī ī litrib⁹bibēdū eſt & multū uini exhauriēdū. ℭPlebs colit hāc fortunā. ℭQuia ſe:t̄:dr̄. Fuiſſe de ple.nā ex obſcuro gn̄e. ℭQui po.ſui⁹rex autor eius tēpli hic dr̄. Sȝ Supi⁹ oñderat cœleſti ſemīe natū. Et tuliſſe ſeeptra ex humili loco q̄ñ:ex īfima cōditiōe ad regnū aſcēdiſſe. ℭCōucit & ſuit:ſui quoq̄ celebrare debēt feſtū. Quia tulli⁹ort⁹ſua nat⁹ex Ocriſiacorniculana. ℭCōſtituit tē.ꝑpi.nā ſort[puæ:aut ꝑpīq̄:q̄a uelut cognata ſuis:q̄ in īfima cōditiōe uerſant̄ ℭDeæ du.fortūæ. Ecce aliq̄s rediēs male ſobri⁹:q̄ redit parꝝ ſobrius epoto mero ℭIacit talia uer.ad ſtel.hæc loq̄t̄ cœlū ituēs poſt occaſū.xxiiii.diei ipſi⁹ mēſis. ℭOriō zona tua latet:ñ ur̄ eo tpe zona oriōis ℭLatet nūc:& latebit cras:q̄a neq̄.xxiiii.neq̄.xxv.ꝑoterit uideri ℭDehīc:poſtea ℭErit mi.ui.nā.xxvi.die apparebit zona ℭAt ſi nō ect pullus alle q̄ celū ituet̄:ſi ñ ect ebrietatis caligine obtect⁹ Dixiſſe eadē die:q̄ & uiſurꝝ ſe zonā dicebat ℭVēturꝝ nobis affuturꝝ ℭTꝑs ſolſtitiale:ſolſtitiū æſtiuū:q̄d poeta oñdit.vi.cal.q̄ntiles. Columella.viii.cal.ſic & florētinus princeps.

Oceſia cornicu lana ſuit mō ſuii ſeruilii

Quare orion ñ ur̄ die xxv.iunii menſis

ANT. FAN.

ℭLucifero ſubeūte lares delubra tulerunt
Hic ubi fit docta multa corona manu:
ℭTꝑs idē ſtatoris erit:q̄d romul⁹ olim
Ante palatini condidit ora iugi:
ℭTot reſtāt de menſe dies q̄d noia ꝑcis
Cū data ſunt trabeæ tēpla quirine tuæ
ℭTempus iuleis cras eſt natale calēdis
Pierides cæptis addite ſūma meis:
Dicite pierides:q̄s uos adduxerit illuc
Cui dedit iuictas uicta nouerca man⁹
Sic ego:ſic clio clari mōumēra philippi

ℭLVcifero ſub.la.de tu.de larib⁹ multa ſupius dicta ſūt quos docuimus coli ſolitos Romæ publicæ & priuatim coronis ornabant̄ ut graciles ubi paruas coronas accipiūt fragili ſimulacra nitentia cæra: q̄bus Aemilius regilius ꝑtor bello antiochiæ ædē in cāpo martio curandam uoluit auto. Macro. Hiis Oui. hoc loco tēplū dicatū inq̄t.v.calē. Iulii ad q̄d hitabāt puellæ q̄ coronas texere conſueuerūt. ℭTꝑs idē ſta.erit.q̄nto quoq̄ cal.iulias ioui ſtatori ædes ſacrata eſt quā Romulus condidit ad radices mōtis palatini uota eo tpe quo ipſe aduerſus Tatiū pugnat romanos fugiētes cōſpexit:q̄ ſeu forte ſeu diuinit⁹ reſtituerūt eum Romulus ut inq̄t Li. arma ad cœlū tollēs dixiſſet. Fr̄ deū hōiumq̄ hinc ſaltē arce hoſtes deme terrorē romanis ſugāq̄ ſœdā ſiſte. Eā ob cām a ſiſtēdo magis q̄ a ſtādo ſtatorē Iouē dictū exiſtimāt in cui⁹ ædē Cice. Catilinæ conatibus reluctari cupiens ſenatū uocauit:quo cum Catilina uenīſſet grauiſſima orone illū corripuit & ī exiliū ire iuſſit.

Tēplū dicatuȝ laribus v.calen. iul.

Ioui ſtatori ædes ſacrata.v. cal.iuli.

ℭTot te.de mē.di. quot no.ꝑcis.iiii.cal.iulias dicata eſt ædes. ℭQuirino.i.Romulo ī mōte q̄rinali cū reliqui ſunt tot huius mēſis dies quot ſunt parcarꝝ noia. Putat̄ aūt mōti q̄rinali ab eo tēplo uocabulū datum:q̄d cōſtitutū eſt poſtq̄ Romulus adiſſe ad deos creditus eſt. Huic purpuræ uſus ſuit in trabea. Vñ ab Oui. trabeatus dictus eſt in primo huius opis li. ubi oñdimus tria eē genera trabearꝝ autore Seruio e q̄b⁹ unū ſuit romanorū regū īſigne. ℭTrabeæ tuæ:tibi trabeato. ℭTꝑs iuleis cras eſt natale calēdis nō placet q̄d q̄dā ſentiūt tradi hoc loco Iuliū Cæſarē cal.iuliis natū quēad quartū idus iulias in laudem editum Macro. ſcri. uñ iulius mēſis nomē accepit autore Feſto. accedit ad hoc q̄ natalis. C. Cæſaris dies explicandus erat ineūte iulio potius q̄ Iunio deſinēte. Sēſus ergo eſt:feſtum Herculis muſarꝝ:ubi uentū eſt ad diē. iunii mēſis extremū hoc eſt pridie cal.iulias celebrari:quo tpe dicere ſolemus:cras calēdæ iuliæ orientur Forꝝ deorꝝ ædes ſtructa eſt Romæ:at inq̄t Suetoñ. a Martio Philippo q̄ Auguſti uictric⁹ ſuit. De quo ait Martialis. Vites cēſeo porticū Philippi ſi te uiderit Hercules periſti.& Iuue. Alta parabat culmina uillarū græcis longeq̄ petitis marmorib⁹ uincēs fortunæ atq̄ herculis ædē. Colebat̄ aūt Hercules in eadem æde cum muſis:q̄a cōſtat eū tpib⁹ ſaturni ut Plut.& Macro. tradūt primū in italia l̄ras docuiſſe quas Euandrū ab eo didiciſſe Iuba in ſuis tradidit monumētis. Fuerūt in eo tēplo Faſti Fuluii nobilioris teſte Macrob. ℭAddite ſūma:extrema q̄ reſtāt ut libellus hic īpleat̄. ℭQuis uos addixerit iſti addicer̄ ꝑprie q̄d ſit diximus ſupra:hoc eſt adiūgere. ℭNouerca:Iuno quæ iubēdo laſſata eſt eū Hercules agēdo ſuerit indefeſſus. ℭInuictas manus:monſtrorꝝ oium domitrices quæ obiecta ſunt Herculi uoluntate iunonis.

Tēplū q̄rino dicatum iiii.cal. iul. ēt q̄re dict⁹ ſit q̄rin⁹

Feſtum herculis muſarū pridie calē.iul.

ℭLVcifero ſub.die ſequēte. ℭLares tu.de.fuere illis tēpla cōſecrata. De his dixim⁹.ii.li.& plura ī.v. Sed v.cal. Quinti. hoc eſt.xxvii.die iūii dedicata ſunt illis tēpla ī ea pte urbis ubi erāt Corolariæ:& ut ſupior̄ li. dictū Aug. Tranq̄llo teſte. Cōpitales lares ornare bis in āno iſtituit:uernis florib⁹ & æſtiuis. Hic ſūt ipſi tēpla ubi fit multa corona docta manu:ubi ſūt coronarꝝ artifices ꝑſerti phylira:& glicera. Idē tꝑs. eadē dies.xxvii.mēſis. Erit ſta.nā erit feſtū iouis ſtatoris. Cui⁹ tēplū Ro. uoto dedicauit bello ſabino:cū Rōana acies iclinaſſet:Deide uoto regis cōſtituiſſe ur̄. A cōſiſtētib⁹ militib⁹ ſtatorē iouē appellauit. Q̄d oli cōdidit Romulus aū ora iugi palatini:nā īter palatiū & capitoliū cōſtitutū ē tēplū Tot dies reſtāt. ſupſunt. De mēſe iūio. Quot noia ꝑcis:q̄ tres ſt:ut alias dcm̄: ſic tres dies ſupabūt:& erat.xxviii.die mēſis. ℭCū o q̄rine. Romule ℭSūt data tē.cōſtituta & ɔſecrata tēpla ℭTrabeæ tuæ:tibi trabeato dedicatū ē illi tēplū in colle q̄rinali:ſed de morte ei⁹ & relatiōe ī cœlū:& cui⁹ ꝑſuaſiōe dixim⁹ ī.ii. ℭTꝑs natale iuleis cal. cras ē die craſtina erūt calēde iuliæ:ſꝫ natale tꝑs iuleis dixit:q̄d h̄ mēſe nat⁹ ē Iuli⁹ Cæſar ex ſacra iulea domo:& eū pri⁹q̄ntil[diceret̄ ī honorē iulii Cæ. legē ferēte. M. Anto. M. F. cōſule Iuli⁹ appellat⁹ē:q̄ hoc mēſe.iiii.die iduū iuli⁹iſ e ꝑcreat⁹ſuerit ℭPierides:muſæ Addite ſūma:q̄ſi extremā manū. Meis cœ. huic pti

PAV. MAR.

Tēplū Ioui ſtatori a romulo cōſtitutū

Epanalexis

opis:q̃ nũc editur⁹ſum. ¶ Dicite pierides:p epanalexĩ. ¶ Quis addu.uos iſtuc:ad tẽplũ hercul⁹. Cui herculi. ¶ Nouerca ui.Iuno q̃ uicta tãdẽ ẽ uirtute illi⁹.nã ut ipſe ĩ meta.inqt defeſſa iubẽdo ſæua iouis ↄiũx ego ſũ ĩdefeſſus agẽdo. ¶ Dedit ma.iui.ppea ꝙ uicit oĩa mõſtra:qb⁹cũ obiecerat iuno.Hoc petit poeta. ¶ Quis ↄſecrauit tẽplũ herculi muſiſq; eõe:ſic.n.dedicauerat ædẽ Marti⁹ philipp⁹ auguſti uitric⁹:ut teſtis ẽ Sueto.Rõnẽ huic rei Plu.affert:pble.lviii.Q d hercules Euãdrũ lr̃as docuit:ſicut Iuba monumẽtis tradidit:qd honeſtũ & honorificũ duceret amicos.ac ppinquos docere.Nouiſſime nãq; iſtitutũ ẽ:ut mercede diſcipl'os docerẽt.Quippe oĩu; prius Sp.Carbili⁹ ludũ apuit:ei⁹libert⁹:q & ipſe carbili⁹appellat⁹primus oĩu; rõanoꝝ uxorẽ repudiauit:hæc ille. ¶ Sic ego:q̃ſiui. ¶ Sic clio:muſa r̃ndit.Mõumẽta clari philippi:adduxer̃.ſ.nos ĩ tẽplũ herculis Philipp⁹Marti⁹:q cũ Lẽtulo cõſul fuit:ab Anco Martio gen⁹trahẽs.

Hercules docuit euãdrũ litteras

ANT. FAN.

¶ VNde tra.ma.caſ.ge.nõ ĩprobãdũ eſt in re min⁹ cõpta cũ afferẽ aliqd'uerisile ut nõ facere oportet in hac nr̃i opis pte:qd tãdẽ ad umbilicũ adduemus ubi uerũ oſtendiẽ uulgo qd dici ſolet. Caudæ nõ facile pellem detrahi. Alii pace nr̃a diſſentiãt a nobis & hũc locũ iterp̃tenẽ ut placet. Nos Martiã de qua hic agiẽ neq; iuliæ matrẽ eſſe ſentimus amitæ.C.Cæſaris dictatoris quã is q̃ſtor deſũctã laudauit:ut Sueto.refert.neq; uxorẽ Catonis uticẽſis Martii philippi filiã:quã Hortẽſio traditã & ex eo p̃gnãtẽ Cato domũ reduxit teſte Appião:ſed aliã egregia forma & caſtitate p̃ſtãtẽ q̃ culta eſt ab uxore Naſonis:ut Cũctaq; licet facias niſi eris laudabilis uxor:Nõ poterit credi martia culta tibi. Hãc ſuſcepiſſe philippũ arbitramur nõ ex Accia q̃ mater nõ matertera fuit auguſti ſed ex Acciæ ſorore:q̃ cũ philippo nupſerit ut nobis uideẽ nõ multo poſt nuptias humanis rebus exceſſit. Vñ illud nõ ſine uoce ac uultu ad dolorẽ accõmodato pnũciãdum eſt. O decus o ſacra fœmina digna domo:Eius nomẽ nõ eſt cur admirari debeamus non eſſe memoriæ pditum qd pleraq; noĩa ſunt:q̃ carmina nõ recipiũt.q̃uis q̃dã illud adiciunt fuiſſe q Auguſto mr̃ni gñis ignobilitatẽ obiecerit.Martiæ uero nomẽ ab Anco Martio rege deductũ Oui.putat ex quo Iuli⁹ Cæ.amitæ ſuæ matrẽ uoluit appellatã:ut amitæ meæ iuliæ mr̃nũ gen⁹ ab regib⁹ortũ:p̃rnũ cũ diis ĩmortalibus cõiunctũ eſt.Nã ab Anco martio ſunt martii reges quo noĩe fuit mater.Sed ꝙ pleriq; eãdẽ eẽ Martiã & materterã Cæſaris uolũt:nõ placet cũ iis Oui.reluctet:ut hãc pbat & prio dilectã ſemp ab æuo ẽ ĩter comites martia cẽſa ſuas.In q; ſuis habuit matertera Cæſaris añ:quaꝝ iudicio ſi qua pba ẽ.Sciẽdũ Acciæ idẽ fere cõtigiſſe qd & ſorori ut nõ diu uixerit poſt philippi nuptias:qd ueꝝ eẽ nõ negabit q ſpacia tẽpoꝝ uti nos fecimus diligẽti⁹ metieẽ. ¶ Martia ſa.de no.ab anco. Viuebat hæc martia cũ Oui.exularet:e⁹ uẽuſtas a poeta laudaẽ nõ q̃ fuerat ſed q̃ tũ erat cũ Naſo hæc ſcriberet. Vñ.M.Catonis accipe ullo mõ non poſſumus. ¶ IN q̃ par.ſa.no.ſua eſt:cauẽdũ ne deprauato uerſu legamus.in q̃ par facies nobilitate fuit.Nã & añ legim⁹ uñ trahit Martia caſta gen⁹ ñ uñ traxit:& poſtea ſubiũgiẽ.Rñdet ĩ illa & gen⁹& facies:ñ r̃ndit. ¶ Et ge.& ſa.ige.Primũ eſt fortũæ bonũ.Scdm corpis.Tertiũ aĩ. ¶ Q d laud.for.quã caſtitas raro comitaẽ. ¶ Nupta fuit quon.ma.Cæ.illi:acciæ ſoror:Aug.Cæſ.matertera ac mr̃ martiæ. ¶ O ſa.ſœ.di.do.Nõ digna ĩteritu.ſed q̃ diu Martii philippi cõnubio potireẽ. ¶ Lyra:nõ herculis ſed muſaꝝ: De lyra & cithara nõnihil dixius in.v.hui⁹ opis li.q̃ differũt al qd ut igini & Porphyriõis oñdim⁹teſtimõio:q̃uis ĩterdũ cõfundanẽ.Illud dubiũ nõ eſt lyrã muſicũ inſtr̃m eſſe qd multaꝝ cordaꝝ eſt manuq; pulſaẽ queadmodũ & Barbitos quã Theocritus polycordon appellat:& nõnulli cytharæ genus uel lyrã ipſam eẽ uolunt:cuius nomen cum pleriq; græcũ eſſe arbitrenẽ:Strabo Barbaꝝ putat uti eſt Magas.Nobilum & Sambuca.

Aſpicis:uñ trahit martia caſta genus:
Martia ſacrifico deductũ nomẽ ab anco
In qua par facies nobilitate ſua eſt:
Par aio quoq; forma ſuo r̃ndit in illa
Et genus & facies ingeniũq; ſimul:
Nec qd' laudam⁹ formã tã turpe putaris
Laudamus magnas hac quoq; pte deaſ:
Nupta fuit quõdam matertera cæſaris illi
O decus o ſacra fœmĩa digna domo:
Sic cecinit clio:doctæ aſſenſere ſorores
Annuit alcides increpuitq; lyra.

Martia Marci philippi filia uxor catõis uticenſis

Accia filia iuliæ mr̃ fuit auguſti

Accia fuit ſoror martiæ

PAV. MAR.

¶ ASPIcis:tu. ¶ Vñ:a.quo philippo. ¶ Trahit gen⁹:hoc ẽ uñ nata ſit.Martia caſta:hæc filia fuit martii Philippi:quã Cato uticẽſis poſt diuortiũ Attiliæ:puellã ad modũ uxorẽ duxit.Hæc ẽ illa martia ut inqt Plut.in Cato.iuniore:de qua tã multa ferunẽ.Poſteaq̃ Catoni filios pepit:petenti hortẽſio cupiditate lobolis Cato dedit:Conſentiẽte ẽt Philippo.ut Plu.teſtaẽ:Pluraq; de eodẽ Luca.agit:& nos multa ẽt ĩ Lucano dixius. Mortuo hortẽſio:cũ Cato Põpeiũ ſecuturus eſſet ĩ bella ciuilia.Domus & filiaꝝ ſuarũ gra.ut Plu.inqt Martiã rurſus accepit:q̃ tũc uidua erat & ab Hortẽſio hæres relicta.Ei curã rei familiaris:& filiarũ cõmiſit:& Põpeiũ ſequt⁹ ẽ.Cato ſeip̃m eõcidẽs mortuus ẽ.xlviii.ætatis ãno.Illa iunior erat uixitq; in lõgã ſenectã.Ita ut Oui.eã nõ mõ uiderit. Sed neceſſitudinẽ quoq; cõtraxerit & tertia eius uxor puella de domo fabioꝝ Martiã coluit:& comes illius fuit.Vnde in libris de ponto ad maximum. Ille ego de ueſtra cui data nupta domo.Hanc pbat:& primo dilectã ſemp ab æuo:eſt inter comites martia cenſa ſuas. In quæ ſuis habuit matertera Cæſaris añ.Quarũ iudicio ſi qua pbata:pba eſt.Et in elegia æquor Iaſonio ad uxorem cũcta licet facias:niſi eris laudabilis uxor nõ poterit dici martia culta tibi.Non igiẽ ſine cauſa factũ eſt ut hoc quoq; in loco martiæ meminiſſet.Martia nomen dedicatum:quæ genus & nomen longa tẽporũ ſerie deductũ habet. ¶ Ab anco ſacrifico:ab anco martio q̃rto rege Romanoꝝ. ¶ Sacrifico dixit: quoniã natus eſt ex filia Numæ Põpilii:qui tot ſacroꝝ ordines:& ſacrificia & cerimonias inſtituit: & ipſe aliq̃n Auũ maternũ imitatus eſt. ¶ In qua:martia. ¶ Fuit facies par nobilitate:nã ut generẽ illuſtris:ita & illuſtris forma.Sua forma par r̃ndet aĩo ſuo in illa:ut p̃ſtantis formæ ita & animi quoq; p̃ſtantis.Sic illa

Vxor tertia ouidii fuit amiciſſima martiæ

prædita omnibus bonis fortunæ corporis & animi.Et genus & facies & ingenium:ſimul hæc tria paria iñ dẽt in illa.Hoc tu putaris turpe:quaſi nõ exiſtimes id eſſe reprehẽſibile.Q uod laudamus formã ipſi⁹ mar tiæ.Laudamus magnas deas:laudare ſolemus Iunonẽ:Pallada:Dianã:Venerẽ:& cæteras. Hae quoq; par te ab ipſa forma.Matertera Cæſaris fuit quondã nupta illi Philippo:ipſe Martius Philippus añq̃ habuiſſet Acciam matrem Auguſti uxorẽ habuit ſororẽ matris Cæſaris:De quo Cæſare dicat:uidet̃ hic dubiũ: an habuerit ſororem matris.C.Cæſaris:an ſororẽ Acciæ matris Auguſti:an ſororẽ Liuiæ:ſed cum poeta rõ nem habeat uxoris:quæ apud materteram Cæſaris:ut diximus pauloante fuerit:Inq; ſuis habuit materte ra Cæſaris ante.Puto de eadem hoc loco dicere:ſic intelligemus de ſorore Liuiæ.Q uæ matertera erat Ty berii:longe maior natu quã Liuia Druſilla.Q uod uolſcus quoq; noſter aſſerebat O decus:o ornamentũ. O fœmina digna ſacra domo:o matertera Cæſaris digna connubio iacrifice gentis martiorum. Sic clio cecinit doctæ ſorores aſſenſere.cæteræ muſæ affirmauere dicta cli⁹.Alcides annuit:Hercules quoq; affir mauit.Et increpuit:hoc eſt inſonuit.Lyra:& omnis muſarum cythara:in ipſa æde a Martio Philippo dedi cata In qua & Herculis ſimulachrum erat & omnium muſarum effigies.

philippus martius habuit prius ſororẽ liuiæ druſillæ ĩ uxorẽ poſtea acciam matrem octauiani ſcd̃m uolſcũ & marſum

❡Hæc in Faſtos Naſonis ſcripſimus lector cãdide qua uiſum eſt breuitate ut neq; omitterent̃ neceſſaria neq; multũ in his cõſiſteremus:quæ uel uota oĩbus ducebamus:uel ſi a nobis a uertice ut aiunt ad calcem referrẽtur tibi faſtidiũ allatura.ne obiiceres nobis illud iuuenalis:Scriptus & ĩ tergo necdũ finitus oreſtes Dicerelq; nos ſancto uti aiũt Sabbato lõgiores:q nõ grauaremur alteꝝ ĩterpretãdi laborẽ ſuſcipe ſi exta ret reliquũ huius opis qd̃ Frãciſcus Venetus totius pene orbis terraꝝ pagrator:nobis iureiurando firma uit uidiſſe ac legiſſe apud inclytum regẽ galloꝝ:qd̃ ueꝝ ne ſit alii uiderint.Nos æquo aĩo ferre nõ poſſu mus uſq; adeo nobis iuidiſſe fortunã nobiliſſimoꝝ Faſtos poetaꝝ:ut eoꝝ quos Sabinus ĩcœptos reliqſ ſe dicit̃ nihil appareat & cõſumati ac luculẽti opis Naſonis dimidiũ regratur:Tu autem Federice dux ex cellentiſſime cui nõ ſolũ hoc tẽpore cõmentarios noſtros ſed iampridẽ animã ipſam & mentẽ dicauim⁹: quæſo:ut ĩ hoc opuſculum illuſtri principi Guidoni Vbaldo filio tuo. cui ſũma oĩa debentur aliqñ legen dum tradere nõ dedigneris:qui tãetſi nõdum exceſſit e pueris neq; a nobis põt quã ipſi deſideramus clo quẽtiam mutuari:nõ paꝝ tñ proficiet:ſi & maximo ingenio principi fuerit cum ingenioſo poeta Naſone cõmertiũ & qui præclariſſima eſt indole præmaturoq; cõſilio ac ſupra ætatẽ litteris eruditus ita ut ſpem & uota omniũ iam exuperet uerſabitur quocũq; mõ inter Romanos reꝝ dominos atq; hiis noſtris legẽ dis ad paternã pariter & Romanã illã magnanimitatẽ ac magnificentiã aſpirabit.Q uãquam eaꝝ cætera rũq; uirtutũ ueluti floſculi quidã ita in eo principe iã apparent ut nõ ſolũ fortuna & dignitate quã obtiet atq; ampliſſimo principatu:ſed tali ac tanto parẽte digniſſimus habeatur:necnõ & patruo Octauio princi pi grauiſſimo:ac celeberrimo omniũq; liberalium diſciplinarũ cognitiõe præſtãti:ad cuius ſingularem hu manitatẽ modeſtiã & grauitatẽ illud accedit memorabile rarũ:ac pene diuinũ & noſtris temporibus admi randũ quod inclytos fratrem ac nepotes tanta beniuolentia & charitate complectitur.ut iureiurando affir mare ualeam nuſquam fere eiuſmodi pietatem in ullo principatu fuiſſe perſpectam.

FINIS.

Antonius Conſtantius Zagarello Fanenſi.S.

NOn eſt uobis moleſtũ ut te uideo ſuſpicari quod ſcribis Marſum Piſcinatem poetam clariſ ſimum:ac nobis familiaritate coniunctũ præuertere nos impreſſione opis ſui.Noſti enim & contẽpſiſſe nos ſemper eos queſtus quos multi ab impreſſoribus aucupantur:cũ immor talis dei munere ſatis ſuperque diuitiis abundemus:& quod melius eſt animi magnitudine qui eas ſpernere conſueuit: & edidiſſe cõmentarios noſtros multo anteq̃ is aggrederetur ſuos utiomne Vrbinum teſtari poteſt.cuius regia bibliotheca noſtrum opus pene attritum & inueteratum oſtendit:ubi ut alios omittam Ludouicus Odoaxius Patauinus iuuenis utriuſq; linguæ do ctiſſimus & Laurentius Abſtemius Maceratenſis uir litteratiſſimus ac Præfectus Bibliothecæ iampridẽ apud inclytum imperatorem Federicum & Octauianum principem eminentiſſimum.omniumq; liberali um artium cognitione præſtantẽ lucubrationes noſtras tantum in modum ſuis laudibus illuſtrarũt ut me rito eam gloriam neglexerimus quam diſſeminare nobis poterant impreſſores.Q uod autem mihi ſigni ficas placere Marſo ſpicam ciliſſam nardum eſſe non crocum quod ipſe ſuis manibus nardũ in Cilicia le gerit:quod Crocus ſpicam non habeat. quod ad odorẽ uti non conſueuerit: non facit ut quæ ſcripſimus edidiſſe pœniteat.Eſto ut Cilicia nardum ferat:quid illud ad rem? naſcitur ſiligo in Picino. naſcitur far in Latio.dicetur ne hoc eam ob eãm ſpica latina.illud ſpica Picena cum ſiligo & far alibi quoq; proueniant Si prima Nardi nobilitas eſt Cilicie:ſi eius prouentus ibi lõgæ uberrimus:ſi nardũ ſola fert Cilicia:ſi peti ad rem diuinam ea ſpica tñ ex ea prouincia conſueuit:quoꝝ nihil uere dici põt: cuiuis herbam dabimus,fa tebimurq; nos erraſſe qui ſcripſimus ſpicam Ciliſſam Crocum eſſe quod prima nobilitas ſit Cilicio cro co ut autor eſt Plinius:qui etiam tradit Crocum mire congruere uino:quod non fugit Propertium dicen tem.Vinaq; fundantur prælis eliſa falernis Terq; lauet noſtras ſpica ciliſſa comas.Sed cum nihil eximiũ ſit Nardo ciliciæ nihil proprium unde per ſpicam Ciliſſam accipi debeat non eſt cur debeamus ab eo qd̃ iam pridem in noſtris ſcripſimus commentariis diſſentire:Q uod uero Crocus ſpicam non habeat nihil refert Q uis enim neſciat frequentiſſimũ illum tropũ eſſe longeq; pulcherrimum teſte Q uintiliano non apud oratores modo & poetas qui plurima uertere ipſa metri neceſſitate cogũtur.ſed ẽt apud indoctos quem noſtri tranſlationẽ Græci metaphoram uocant augentem ita ſermonis copiam ut quæ non habet mutuari permitat.Vnde croci flos ſpica ciliſſa iure optimo dici põteſt:is enim antequam dehiſcat ac ſeſe

pandat inuolutum continens fructum quandam ſpicæ imaginem gerit:quam ſi poetæ non dabitur ſpicā
appellare iure Virgiliū accuſaueris.qui ait in primo Geor.Ferroq; faces iſpicat acuto.Et alibi:Claſſiq; im
mittit habenas & remigium alarū.Rectiuſq; exiſtimabis non licuiſſe ſniam reip.dicere Ciceroni. Quan-
quam & oſtendimus ubi uolueris floris quoq; ſpicā dici autore Ply.Quod autem Crocus ad odorem uri
nō cōſueuerit:nihil illi aſtipulatur:cum conſtet uri etiam in re diuina quæ minimæ redolent. Ouidius in
primo faſtoꝶ:Ara mihi poſita eſt paruo coniuncta ſacello Hæc adolet flāmis cū ſtrue farra ſuis:Vri autē
Crocum in ſacris ut thus coſtū herbam ſabinam & ſimilia quis non uiderit? ut Thura nec euphrates nec
miſerat india coſtum Nec fuerant rubri cognita fila croci:Ara dabat fumos herbis cōtenta ſabinis Oui.
alibi.Tinnulaq; æra ſonāt redolent myrrhæq; croeiq;.Statius quoq; in.xy.theb.uri crocū teſtatur ut Nec
non aſſyriis pingueſcunt robora ſuccis:pallentiq; croco:Eodem & crines tingi negare non poſſumus qđ
Lucanus nō ignorauit:ut Et qui tingentes croceo medicamine crimen fluxa coloratis aſtringunt carbaſa
gemmis. Odoriferum autem Crocum eſſe neminem latet.Sed demus ut dum adolentur nullum odorem
fundat:reiciemus ne ideo ad artis crocum?cum ſulphur quod uinum dicitur in religionibus locum habeat
teſte Plinio & uituloꝶ cineres equinum ſanguinem ac fabaꝶ ſtipulas recipiant ſuffimenta uranturq; ma
ris rores & in ſacris Cereris tædæ accēdantur cum thura haberi nequeūt:ut & ſi thura aberūt unctas ac
cendite tædas?Conſtat igitur ſpicā ciliſſam crocum eſſe non nardum cum prima ut diximus nobilitas ſit
croco cilicio & ibi in montem Coryco.Vnde illud eſt Martia.Corycio quæ uenit aura croco. Alia multa
quæ ſcribis probentur ne a nobis an improbent̄ ubi ad nos redieris explicabo.Vnū illud differre non pla
cet quod ubi quidam legunt ut mihi ſignificaſti in.yi.faſtoꝶ Dodona thyene ſtabis agenorei fronta uidē
da bouis:dodoni dione legendū eſt. Quattuor enim ſunt in celo Veneris ſtellæ: Vna errans & alterno
meatu uaga.Alia in pectore Leonis quam ſtellam regiā uocant.Tertia in ſeptētrione. Quarta in Tauro.
cuius meminerunt Seruius & Alphonſus quam naſo poſt idus iunias uideri docet longe antequam Sol in
ortum feratur.Quod ſi uel thyenem uel aliam hyadū orientem acceperis id ages ut ingenioſiſſimus poe
ta rudis uideatur ingenii fluxæq; memoriæ:qui cum docuerit ſexto nonas Maias hyades omnes in ortum
ferri:ut Pars hyadum toto de grege nulla latet:& paulopoſt ſubiecerit: idibus ora prior ſtellantia tollere
tauꝶ indicat:addideritq; futuram pluuiam quarto nonas iunias exortum hyadum celſiorē. ut Poſtera lux
hyadas taurinæ cornua frontis Euocat: & multa terra madeſcit aqua:nō dubitet ſole iam e geminis abitu
ro docere thyenem unā hyadū exoriri:qđ nulla rōne procedit niſi forte dixerimus id qđ res non hēt thye
nem ita lōgo interuallo diſtare a ſororibus ſuis ut in ortū feratur cū extremis partibus geminoꝶ. Lege igi
tur Dodoni dione uti & Ouidius ſcripſit & iampridē e noſtris cōmentariis didiciſti:ne ſi Dodona thyene
legeris in eo quoq; deprauatū locum Naſonis oſtendas quod a dodona dodoneus deducitur non dodo
nus.Dicimus enim dodoneos lebetas dodonū æs.dodoneam quercū nō dodonam.Tu autem amice dile
ctiſſime & Cābitellæ familiæ decus tecū cogites uelim quid ſibi eo loco uoluerit naſo ubi ortū Veneris
non coſmicū.nō cronicū non heliacum ponit.Nolui enim apire rem ſcitu dignā ut lectori inueſtigādum
aliquid linqueretur.Vale & ſi Venetiis auelli potes tandē in patriā redi.Fani idibus Iuniis.M.cccclxxxii.

FINIS INTERPRETATIONIS FASTORVM SEQVITVR EMENDATIO QVORVNDAM LOCORVM ET ASTRORVM RATIO.

PAVLVS MARSVS PICINAS PO.CL.GEORGIO CORNELIO.M.EQ.V.F.Salutem.

HAEC ILLA SVNT.G.Corneli.Quæ nos octo antea ānis in Ouidiāos faſtos magna
cura:ac diligētia ſcripſeramus:& a principio tibi dicata.Viſum eſt illud inire cōſiliū ut ī
hoc uſq; tēpus preſſa teneremus:ne editio ꝑcipitata dedecori potius quā laudi eēt. Nūc
uero cū tandē ex urbe Venetias ad te uenire licuerit his lucubratiōibus noſtris:extremā
modo manū ipoſuimus & cui tu ipſe mādaſti:dedimus imprimēdas.Non quidē illius ſpe
gloriæ cōmoti:ſed ut ꝓmiſſam tibi fidē ſuaremus:& expectatōi multoꝶ ac militiæ nr̄æ
uolūtati morē gereremus.Sed cū ſperādum mihi eſſe ducerē:neminē fore illud opus:qđ
romana eſſe ſupra ꝓbauit:uenetiis dānatuꝶ:Neſcio qua Theſyphōe factū ſit:ut cōtineri nō potuerit iui
diæ furor:& ante inſpectū opus in officioſum hūc laborē meū cœpit allatrare:aut ut pudicā linguam ad
maledicētiā ꝓuocaret aut ut huius opis nr̄i:ſiqua arte darcē laudē detractaret.Sed in alterū ſi rñdere uelī:
Vterer ſi liceret Quintilii carmine.Quē fata nobis mō ſuſtulere.ſic.n.& alii pro tuēda mea laude rñdit:
Marſum liuidulꝰ ſacrū poetā:carpit:uiuere dū cupit diſerto.Marſi carmie:ualde ſed perat.Nō ſæuit ſcabie
ſupbus unguis.Nec muſcā uolucres iouis ſequunt̄.Altera uero tuebit̄ ſeipſam:& ueræ hūanitatis:ac æq
tatis ſtudioſi:illā ab oī liuoris morſu uindicabūt.Aliqđ tñ erat.qđ ī his cōmētariis.Multi qdē dānandum
eſſe cēſebāt:ſed ea nō uiderāt:q̄ nos ipſi uidemꝰ.Dixius.n.i.i.li.eo in loco.Et ſonet accēſus ſpica ciliſſa ſo
cis de nardo intelligēdū Dānabāt illud multis:ea rōne qđ ciliſſi Nardi Pli.nō meminerit:qſi alibi inueni
ri nō poſſit:qđ a Pli.nō referat̄:ſed legāt tādē Diaſco.quē eruditiſſimus Iuuenis:& oī lraꝶ laude cumula
tiſſimus Hermolaꝰ barbarus nūc latinū fecit:Inueniēt certe & in Cilicia naſci Nardū.Plura.n.Nardi gña
ab illo cōmemorant̄:& hæc illa ſunt.Vtar.n.Hermolai uerbis Nardi gña duo:Alteꝶ indici. Alteꝶ ſyria
ci:nō ꝙ hoc in ſyria naſcatur:ſed quod mōtis eius:in quo legit̄ ips una ī ſyriā:una in India ſpectet Syria
cū melius:quo recētius,atq; leuiꝰ eſt gūmoſum:colore rupho odore uehemēter iocūdo.Cyperūq; imitan

te:breuius ſpica:ſapôre amaro:Maximeq; ſiccãte-os:cuſtodit ſuaue olẽtia ptinaciter.Itẽ indici Alterꝝ genus Candendis noĩe a fluuio Indiæ:qui montẽ in quo naſciẽ pfluit: uiribus lãguidũ ut ꝙ ſolo uliginoſo proueniat:eoq; in maiorẽ altitudinẽ adoleſcat.pluribus:ab eadẽ radice fructicãtibus ĩplicatis.& redolenti bus uirus.Odoratius uero qđ locis celſiorib⁹ gigniẽ ſpica breui:cypeꝝ olẽte:in totũq; eius dotib⁹:qb⁹ ſyriacũ.Habeẽ & Sapharıticũ Nardũ frutice admodũ pumilo a loco ubi carpiẽ dictũ ſpicis ingẽtib⁹ cãdidũ Caule q e medio pſilit aliqñ hircũ ſpirãte:dãnaẽ in totũ.Nardus gallica in lyguriæ alpibus naſciẽ.Aliuca uernaculo indigenis noĩe:Naſciẽ & in iſtria frutex puſillus:cũ radice uelliẽ & in faſciculos manuales digeritur:folia ei lõgiuſcula:leuiter flaueſcentia:flos luteus:uſus eius in caule & radicibus q̃m odorata hæc nõ habenẽ.Nardus montana:quã aliq:Thilacitum:alii uiri appellãt in Syria Ciliciaq; naſcentẽ: Cauleatq; folis Erignio ſimilẽ:minoribus tñ.neq; ſcabris ſpinoſiſq;:radice nigra:odorata duplici:tripliciq;:atq; uino multiplici ad morẽ haſtulæ regiæ:q̃q̃ multo minor.graciliorq;:Aſſaꝝ aliq nardũ ſilueſtre appellant:Phu. quoq; quidã nardũ ſilueſtre appellãt naſcentẽ in põto.Hæc a Diaſcoride cõmemorã ur:& in cilicia naſci nardũ iam oĩbus conſtat:Sed ubi hæc Venetiis imprimũ cœpere qbuſdam perſuaderi nõ poterat: locũ illum poetæ recte dicere ſpica ciliſſa:Nec aduertebant poetã a ppertio accipiſſe locum Qui in elegia Muſa palatini inqt.Terq; lauet nr̃as ſpica ciliſſa comas:cũ pro oleo-nardino dicat.Arguebãt p̃terea nullo pacto nardum aduri ad odorẽ.Nec legerãt eundẽ Propertium in elegia.Sũt aliqđ manes inqt Curando Flãmæ non oliuere meæ.Cedat tandẽ uicta ptinacia detractoꝝ:& uera dicere Marſum fateanẽ:Sũt tñ.G.Cornelii loci qdã in cõmentariis nr̃is paululũ imutati ne dixeri deprauati:& hoc nõ mea culpa factũ.Sed celeritate illoꝝ:q characteres ĩprimẽdos cõtexunt:ut in ipſo fere pricipio cũ faſtũ eſſet factũ facere:& ubi erat ασωριον fecere ακωριον.Sic in quibuſdã aliis lr̃is.& in eo loco primi lib.Ergo ubi nox aderis uẽtur⁹ tertia nonis:Cũ ego dixiſſem Tertio die nouaꝝ:fecere calẽdaꝝ.Et in eodẽ lib.ubi erat.Qu.Fabi.Rul⁹:Is q primus ſuæ gẽtis maximus eſt appellatus.factũ eſt Fabius Rutillianus.Et in ſecũdo lib.cũ multis i locis eſſet linea breuis iacens:nõ electa punctis hinc inde ſignata.qđ ſignũ fit pro hoc uerbo eſt:nõ id illi itelligentes putabãt.ſ.& dicere.Sed diligens lector facile cognoſcet.In pricipio q̃rti li.in ipſo titulo:cũ eẽt cũ deploratiõne orbitatis:fecere declamationẽ:& principium ep̃læ:Deſtinatũ tibi.G.Cor.opus maturantẽ: factum eſt Deſtinatũ tibi.ſ.Cor.opus.Et in eodem lib.ſequutus ipſe poetæ ſuiam Dixi Veneris Ericiæ ſacra.a Claudio Mar.in urbem tranſlata.Sed illud accelerantibus impreſſoribus.Et me ut celerrime quoq; exſeriberem:urgentibus præterierã non errore:ſed ipſa celeritate Liuiũ de ſecundo bello punico lib.ii.dicere:Decem uiros iuſſos inſpicere lib.Sibyllinos & inſpectis retuliſſe patribus:ædes Veneris Erycinæ:ac deæ Menti uouendas eſſe.Et paulo poſt ita inquit:Tũ ædes uotæ Veneri Ericinæ.Aedemq; Fabius maximus dictator nouit quia ita ex fatalibus lib.edictum erat:ut is uoueret cuius maximũ imperiũ in ciuitate eſſet:Et in.iii.lib.inquit Duumuiri creati ſunt.Qu.Fabius maximus:& Attilius Craſſus ædibus dedicandis menti.Atti.Fa.Veneri Erycinæ:Quod quidem ad illud quoq; facit qđ de Menta diximus in.yi.lib. Hæc nos ideo uoluimus addere ne quis dicere:aut erraſſe marſum:aut aliquid præteriiſſe iure poſſit.

RATIO ASTROLOGIAE CCXXVII.

SEd propoſueram.G.Cornelii repetiturum me in fine cõmẽtarioꝝ noſtroꝝ omnẽ aſtrorum ſeriem:de qua per totum opus diſſeruimus & noſtri tpis addere poſtcã rõnem: Sed quia nimium creuit opis magnitudo:& de illis oĩbus rurſus agere nimiũ id qdẽ:& ingratum lectoribus eſſet:in aliud tp̃s differendũ eſſe duxi.Pauca tamẽ attingã: quæ maximo fore oĩb⁹ uſui exiſtimauerim:& ad excutiendũ errorẽ in quo multi uerſanẽ:& ad ueritatem aptiſſime diſcernendũ.Nam cum in explicandis illis uſi nos ſumus auctoribus:Higino.Plinio:& interdũ Columella.qbus & multi quoq; innituntur: Non tñ eſt eadẽ ratio noſtroꝝ temporꝝ:quæ illoꝝ fuerat qđ facile oñdemus Ne uideat penitus:ut rũpatur buor.huius rõnis expers.Vtor.n.preceptore Rigio noſtro Adriaco aſtrologoꝝ principe.ut nemo dicere me poſſit erraturũ. Eaq; erit nobis queſtio.Cur illud:ſit ꝙ poetæ naſonis:& auguſti tpibus ſol arietis principiũ inibat undecimo calen.Apri.Nunc uero iniit q̃nto idus martias.Fecit hoc qdem differentia motuũ corporꝝ cæleſtium illoꝝ & noſtroꝝ temporꝝ.Nam ab eo anno:quo natus eſt Ouidi.uſq; in hunc annũ defluxere anni mille quingẽti &.xxii.Sic tã magna temporꝝ lõgitudine magna eſt facta motuũ mutatio:ut illud mirandũ eſſe non debeat.Si ingreſſus ſolis unum quodq; ſignũ illius tpis plurimum a noſtro tpe differt. undecim enim diebus nunc antecedit:Cuius rei cauſam eſt motus augium. Sic enim ſummas cœli: altitudines uocant. & Stellaꝝ fixarũ.& motus acceſſus:& receſſus capitis arietis octaue ſperæ mobilis.Namq; eius ſperæ zodiacus eſt mobilis:& ipſa quidẽ inferior eſt.Alter uero zodiacus:quem uitæ circulum græci oñdunt. Nonæ ſperæ:quæ ultima & altiſſima eſt noſtro uiſui:immobilis eſt:& permanens ppetuo abſq; alio motu.præter ſuæ ſperæ motum ab oriente in occidentem aſſidue ſine ulla intermiſſione agitur:De quo zodiaco ĩmobili:ſiue ſignorũ ĩmobilium intellexit diuinus ipſe poeta.Itaq; aſſumptis:& ĩtellectis principiis horũ ſignorum mobilium:ſiue ſperæ octauæ mobilis:una cum motu acceſſus:& receſſus capitis arietis ipſius octauæ ſperæ enumerabis tres motus eorundem mobilium.Nam motus augium. & ſtellarũ fixarũ proprium motum habent:ut patet in tabulis calculationum:ſeu computationum Habet & proprium motum cum tabulis ſuis.Motus acceſſus:& receſſus octaui circuli cauſatus a duobus principiis.eq̃noctialibus:uidelicet arietis:& libræ:& eſt tertius motus tabula equatiõis acceſſus. & receſſus quæ eſt tabula perpetua incipiens ab imo gradu.& proſequens uſq; ad.xc.deinde a.xc.uſque ad imum gradum retroeundo.& hoc modo eundo & redeundo.Tabula perpetua eſt æquationis Numerus uero ipſorũ motuum incipit a gradu.o.minutis.

ix.Secund.xxv.augendo innumerum graduũ:xv.Tabulæ in.gra.ix.minuunt.o.Secund.o.Itaq; collectis motibus hoꝝ trium in tpe Naſonis.Et ſilr in hoc æuo noſtro collig mus ſolẽ inire.unumquodq; ſignũ.xii.imobilium:nũc noſtro tpe.xi.diebus antequam illo tpe:Veꝝ ætate Naſonis & octauii auguſti zodiacus mobili octauæ ſperæ erat ſub zodiaco nonæ taliter.quod caput arietis octauæ nõ erat diſtãs a linea ppendiculari:ne in minimo quidẽ ſpacio capite nonæ:Quapropter uirtus ĩfundebaẽ inferioribus amplia ta per cõcordantiã duoꝝ zodiacoꝝ in una quidẽ & pura cõcordia.quæ cã fuit tãtæ pacis illoꝝ tẽporũ.Sic itaq; diſpoſitis rebus per remotionem capitis arietis mobilis:a capite arietis ĩmobilis nonæ ſperæ init ſol per.xi.fere gradus de neceſſitate:qui ſe mouet in quarta ſpera planetaꝝ per lineã exeuntẽ a cẽtro terræ per centrũ corporis ſui:hoc eſt ipſius ſolis:terminantẽ in principio ſignorũ nonæ ſperæ:per tps pbatum.xi.dieꝝ ante numeꝝ dieꝝ illorũ tpoꝝ ut ĩferior cõputatio demonſtrabit.Tempus.n.ĩtroitus ſolis in.xii.altiſſima ſigna zodiaci fixi:cũ quibus multa admiratiõe digna poeta poſuit ſub umbra fabulaꝝ.Hic inferius dimiſſa rõne minutoꝝ uel ante uel poſt.anni.Mcccclxxxii.annotamus.quo quidem anno hæc excerpſimus & imprimenda dedim⁹ Sol init arietẽ die.xl.Martii.Sol init taurũ die.xi.aprilis.ſol init gemios die.xii.maii Sol init cancrũ.die.xiii.iunii Sol init leonẽ die.xiiii.iulii.Sol init uirginẽ die.xiiii.auguſti.Sol init libram die.xiiii.ſeptembris.Sol init ſcorpionẽ die.xiiii.octobris.Sol init ſagitariũ die.xiii.nouẽbris.Sol init capricornũ die.13.decẽbris Sol init aquariũ die.xi.Ianuarii.Sol init piſces die nona februarii. De aſcẽſione uero imaginũ celeſtiũ quæ undiq; per.totũ cœlũ fuſæ ſunt:tã in latitudine meridionali extra zodiacũ:quã in latitudine ſeptẽtrionali ſilr extra zodiacũ illud dixerimus:Ad perfectã cognitionẽ earũ.tã aſcendentiũ:quã deſcendẽtiũ iuxta lineã orizontis:cũ ſignis zodiaci oportet te habere inſtrumentũ ſperæ ſolidæ.In qua inuenies circulũ orizontis:in medio cuius ſpæra ſolida ſita eſt circulo ſuo meridiano:& taliter diſpoſita :quod deprimeꝛ poſſis polos ſiue attolere ſm latitudines clymatum mundi.uel ſm eleuationẽ poli tue regiõis:Itaq; habita hmõi ſpera tuopte ingenio uerificabis aſcẽſiones:& deſcẽſiones omniũ & ſingularũ imaginũ quæ octo & quadraginta eſſe in cœlo cõſtat.una cũ aſcenſionibus zodiaci ab hac linea orizontis:cingẽtis oĩa:& diuidẽtis ſperã in duas partes:ſuperiorẽ & inferiorẽ:& eſt terminator uiſus. Cum quo etiam inſtrumento duplicẽ orizontẽ.rectũ.ſ.& obliquũ cognoſces:a quibus quidem duobus diuerſitas quoq; locoꝝ terreſtrium diſcernitur:quod latius in cõmentariis ſperæ percipies.Si ea in his temporibus rectificatis :ut dixerim:imaginibus ſiue ſtellarum fixarum locis formata fuerit.

Voluimus hæc ideo Georgi Corneli cõmentariis noſtris addere:ne quid tibi in tãto opere:aut deeſſet:aut ab aliis deſideraretur.Quod carpere quoq; perget inſanus liuor & cum multa hinc didicerit:fretos inſolentia:& ingratitudine ſua laboris noſtri laudem detractare contendet. Sed quo magis illius ſæuiet ĩfrenis rabies:eo dilucidior erit laus noſtra : & pia ingenia maiore nos obſeruantia & gratitudine pſequẽtur:& qđ a qbuſdã certe nõ pbatur:me nouo genere interptationis uti uoluiſſe:ut oĩa rudibus quoq; pueris eſſent apertiſſima:in eo qdem gratiã & agent:& habebũt mihi poſteri ſempiternã.

F I N I S

℄ Impreſſum Mediolani per Magiſtrum Leonardum Pachel.Anno dñi.M.CCCCC.X.D.e.xvii.Febr.

Regiſtrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A

Oẽs ſunt quaterni exceptis h i k o p u z A qui ſunt terni.

Ouidius De fastis